

### CAPUT III.

*Erat homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum, hic venit ad Jesum nocte.*<sup>1</sup>

Princeps scilicet Iudaeorum venit ad Jesum nocte, cupiens secreta ejus allocutione plenius discere mysteria fidei, cujus aperta ostensione signorum aliquatenus jam rudimenta perceperat; qui quoniam prudenter ea quae ignorabat ab illo quaerebat, investigare promeruit.

*Rabbi, inquit, scimus quia a Deo venisti magister;*

*nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*<sup>2</sup>

A Deo igitur Jesum ad magisterium coeleste mundo adhibendum venisse confessus est, Dominum cum illo fuisse, e miraculis prudenter intellexit; cum Deo tamen ipsum Deum esse non novit; sed quia quem magistrum noverat, veritatis studiose docendum adhuc obtulit, merito ad agnitionem divinitatis ejus perfecte doctus subiit; merito utriusque nativitas ejus, divinae, scilicet, et humanae, sed et Passionis atque ascensionis ipsius arcana percepit, nec non etiam modum secundae generationis, ingressum regni coelestis, aliaque complura doctrinae sacramenta Domino revelante didicit.

*Respondit Iesus, et dixit ei: Amen amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.*<sup>3</sup>

Quae sententia tanto apertius cunctis fidelibus lucet, quanto constat quia sine hujus luce fideles esse nequeunt. Quis enim sine lavacro regenerationis remissionem peccatorum consequi, et regnum valet intrare coelorum?

Sed Nicodemus, qui nocte venit ad Dominum, necdum lucis mysteria capere noverat. Nam et nox, in qua venit, ipsam ejus qua premebatur ignorantiam designat. Necdum enim eorum numero sociatus erat quibus ait

*Apostolus: Fulistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V)*<sup>4</sup>,

### CAPO 3

*Vi era tra i farisei un uomo di nome Nicodemo, uno dei capi dei Giudei. Costui andò da Gesù, di notte.*

Certo un capo dei Giudei andò da Gesù di notte, desiderando imparare più pienamente da lui, grazie ad un abboccamento riservato, i misteri della fede, di cui aveva già ad un certo grado ricevuto i rudimenti nella pubblica manifestazione dei segni; lui che, poiché saggiamente gli aveva chiesto ciò che ignorava, meritò di indagare.

*Rabbi, disse, sappiamo che sei venuto da Dio come maestro;*

*nessuno infatti può compiere questi segni che tu compi, se Dio non è con lui.*

Quindi ha confessato che Gesù è venuto da Dio per svolgere il magistero sul mondo celeste, che il Signore era con lui; lo ha saggiamente compreso dai miracoli; tuttavia non sa che egli è Dio con Dio; ma, poiché colui che sapeva maestro offrì ancora di insegnare accuratamente la verità, perfettamente istruito meritatamente si accostò alla conoscenza della sua divinità; meritatamente percepì gli arcani di entrambe le nascite - la divina, certo, e l'umana -, ma anche della Passione e dell'ascensione, e pure la modalità della seconda generazione, l'ingresso nel regno dei cieli, e imparò molti altri misteri della dottrina, che il Signore rivelava.

*Gli rispose Gesù: «In verità, in verità io ti dico, se uno non rinasce di nuovo, non può vedere il regno di Dio».*

Affermazione che tanto più apertamente illumina tutti i fedeli, in quanto consta che senza la sua luce non sono in grado di essere fedeli. Chi infatti senza il lavacro di rigenerazione consegue la remissione dei peccati, ed è capace di entrare nel regno dei cieli? Ma Nicodemo che di notte si recò dal Signore, non sapeva ancora cogliere i misteri della luce. Infatti anche la notte, durante la quale venne, indica quella sua ignoranza da cui era gravato. Infatti non era ancora stato associato al numero di coloro dei quali

l'Apostolo dice: *Un tempo infatti foste tenebra, ora siete luce nel Signore (Ef 5, 8),*

### TRACTATUS XI - sequentia

#### Tales sunt omnes catechumeni.

**3.** *Erat autem homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum: hic venit ad eum nocte,*

*et dixit ei, Rabbi. Iam hoc nostis, quia Rabbi magister dicitur. Scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Ergo iste Nicodemus ex his erat qui crediderant in nomine eius, videntes signa et prodigia quae faciebat. Superius enim hoc dixit: *Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius.* Quare crediderunt? sequitur et dicit, *videntes signa eius quae faciebat.* Et de Nicodemo quid dicit? *Erat princeps Iudaeorum, nomine Nicodemus: hic venit ad eum nocte, et ait illi:*

*Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister.*

Et iste ergo crediderat in nomine eius. Et ipse unde crediderat? Sequitur:

*Nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

Si ergo Nicodemus de illis multis erat qui crediderant in nomine eius, iam in isto Nicodemo attendamus quare Iesus non se credebat eis.

*Respondit Iesus, et dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.*

Ipsis ergo se credit Iesus, qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderant in eum, et Iesus non se credebat eis. Tales sunt omnes catechumeni: ipsi iam credunt in nomine Christi, sed Iesus non se credit eis. Intendat et intellegat Caritas vestra. Si dixerimus catechumeno: Credis in Christum? respondet: Credo, et signat se: iam crucem Christi portat in fronte, et non erubescit de cruce Domini sui. Ecce credidit in nomine eius. Interrogemus eum: Manducas carnem Filii hominis, et bibis sanguinem Filii hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei.

**4.** *Cum ergo ex eo numero Nicodemus esset, venit ad Dominum: sed nocte venit; et hoc forte ad rem pertinet.*

*Ad Dominum venit, et nocte venit: ad lucem venit, et in tenebris venit. Renati autem ex aqua et Spiritu, quid audiunt ab*

*Apostolo? Fulistis aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino:*

*sicut filii lucis ambulate: et iterum: Nos autem qui diei sumus, sobrii simus.* Qui ergo renati sunt, noctis fuerunt, et diei sunt: tenebrae fuerunt, et lumen sunt. Iam credit se illis Iesus, et non nocte veniunt ad Iesum sicut Nicodemus, non in tenebris quaerunt diem. Tales enim iam etiam profitentur: accessit ad illos Iesus, fecit in illis salutem: quia ipse dixit: *Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam.* Et quod signum crucis habent in fronte catechumeni, iam de domo magna sunt; sed fiant ex servis filii. Non enim nihil sunt qui iam ad domum magnam pertinent. Quando autem manna manducavit populus Israel? Cum transisset mare rubrum. Mare autem rubrum quid significet, audi Apostolum: *Nolo autem vos ignorare, fratres, quia omnes patres nostri suo nube fuerunt, et omnes per mare transierunt.* Utquid per mare transierunt, quasi quaereres ab illo; secutus ait: *Et omnes per Moysen baptizati sunt in nube et in mari.* Si ergo figura maris tantum valuit, species Baptismi quantum valebit? Si quod gestum est in figura, traiectionem populum ad manna perduxit; quid exhibebit Christus in veritate baptismi sui, traiectionem per eum populo suo? Per baptismum suum traicit credentes, occisis omnibus peccatis, tamquam hostibus consequentibus, sicut in illo mari omnes Aegyptii perierunt. Quo traicit, fratres mei? quo traicit per Baptismum Iesus, cuius figuram tunc gerebat Moyses, qui per mare

<sup>1</sup> Gv 3, 1-2.

<sup>2</sup> Gv 3, 2.

<sup>3</sup> Gv 3, 3. NCEI traduce: "Gli rispose Gesù: «In verità, in verità io ti dico, se uno non nasce dall'alto, non può vedere il regno di Dio».», secondo VulgN; in italiano viene adeguata a Vulg.

<sup>4</sup> Ef 5, 8 Vulg.: "Eratis enim aliquando tenebrae: nunc autem lux in Domino."; Sabatier in nota: "Tertul. [...] & lib. de pudic. p. 1011. b. *Fulistis enim aliquando tenebra.* [...] August. in Joh [...] Itidem Auct. l. de promiss. p. 1. c. 36. col. 118. d. & Leo M. ser. 34. p. 95. d. nisi quod iste omittat enim, post *Fulistis;*". In italiano viene adeguato il tempo.

sed inter eos potius remanebat, quibus loquitur Isaias: *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est (Isai. VI)*<sup>5</sup>. Respondit ergo Domino, et ait:

*Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?*<sup>6</sup>

*Nunquid potest in ventrem matris suae iterato introire, et renasci?*<sup>7</sup>

Quia enim secundae nativitatis adhuc nescius perseverabat, de salute autem sua jam sollicitus exstiterat, necessario de una quam noverat nativitate, an posset iterari, vel quo ordine regeneratio posset impleri, quaerebat, ne hujus expers remanendo, vitae coelestis particeps esse nequiret. Notandum autem quia quod de carnali dixit, hoc etiam de spiritali est regeneratione sentiendum: nequaquam videlicet eam, postquam semel expleta fuerit, posse repeti.

Ma rimaneva piuttosto fra coloro cui parla Isaia: *Alzati, rivestiti di luce, Gerusalemme, perché viene la tua luce, la gloria del Signore brilla sopra di te (Is 60, 1)*. Per cui risponde al Signore, e dice:

*Come può nascere un uomo quando è vecchio?*

*Può forse entrare una seconda volta nel grembo di sua madre e rinascere?*

Poiché ancora perseverava [ad essere] ignaro della seconda nascita, ma rimaneva preoccupato per la sua salvezza, per forza chiedeva della sola nascita che sapeva, se potesse essere, o secondo quale disposizione si potesse compiere la rigenerazione, perché, restandone escluso, non potesse essere partecipe della vita celeste. Va notato peraltro che ciò che disse di carnale, è da comprendere anche della rigenerazione spirituale: in nessun modo, evidentemente, essa può essere ripetuta una volta avvenuta.

traiciebat? Quo traicit? Ad manna. Quod est manna? *Ego sum, inquit, panis vivus, qui de coelo descendi*. Manna accipiunt fideles, iam traieci mare rubrum. Quare mare rubrum? iam mare, quare et rubrum? Significabat mare illud rubrum baptismum Christi. Unde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus? Quo ergo perducit credentes et baptizatos? Ad manna. Ecce dico manna: notum est quid acceperint Iudaei, populus iste Israel, notum est quid illis pluisset Deus de coelo; et nesciunt catechumeni quid accipiant Christiani. Erubescant ergo, quia nesciunt; transeant per mare rubrum, manducent manna: ut quomodo crediderunt in nomine Iesu, sic se ipsis credat Iesus.

**5.** Ideo intendite, fratres mei, quid respondeat iste qui nocte venit ad Iesum. Quamvis ad Iesum venerit, tamen quia nocte venit, adhuc de tenebris carnis suae loquitur. Non intellegit quod audit a Domino, non intellegit quod audit a luce, *quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Iam ei Dominus dixit: *Nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus:*

*Quomodo potest homo nasci cum sit senex?*

Spiritus ei loquitur, et ille carnem sapit. Carnem suam sapit, quia carnem Christi nondum sapit. Cum enim dixisset Dominus Iesus: *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam*; scandalizati sunt quidam qui eum sequebantur, et dixerunt apud semetipsos: *Durus est hic sermo; quis potest eum audire?* Putabant enim hoc dicere Iesum, quod eum possent concisum sicut agnum coquere, et manducare: abhorrentes a verbis eius, recesserunt, et amplius eum non sunt secuti. Sic Evangelista loquitur: *Et Dominus ipse remansit cum duodecim: et illi ad eum: Domine, ecce illi dimiserunt te; et ille: Numquid et vos vultis abire?* Ostendere volens quia ipse illis erat necessarius, non illi erant Christo necessarii. Ne quis terreat Christum, quando dicitur ut sit christianus; quasi beator erit Christus, si tu fueris christianus. Bonum est tibi, ut sis christianus: nam si non fueris, malum Christo non erit. Audi vocem Psalmi: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. Ideo *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. Si fueris sine Deo, minor eris; si fueris cum Deo, maior Deus non erit. Non ex te ille maior, sed tu sine illo minor. Cresce ergo in illo, noli te subtrahere, ut quasi ille deficiat. Reficieris, si accesseris; deficies, si recesseris. Integer manet te accedente, integer manet et te cadente. Cum ergo dixisset discipulis: *Numquid et vos vultis abire?* respondit Petrus, petra illa, voce omnium: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes*. Bene sapuit in ore ipsius caro Domini. Dominus autem exposuit eis, et dixit: *Spiritus est qui vivificat: cum dixisset: Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam; ne carnaliter intellegerent: Spiritus est, inquit, qui vivificat, caro autem nihil prodest: verba quae locutus sum vobis, spiritus est et vita.*

**Sunt duae nativitates.**

**6.** Hunc spiritum et hanc vitam non sapiebat iste Nicodemus, qui nocte venerat ad Iesum. Ait ei Iesus: *Nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei*. Et ille carnem suam sapiens, in cuius ore nondum sapiebat caro Christi:

*Quomodo, inquit, potest homo, cum sit senex, iterum nasci?*

*Numquid potest in ventrem matris suae iterum introire, et nasci?*

Non noverat iste nisi unam nativitatem ex Adam et Eva; ex Deo et Ecclesia nondum noverat:

non noverat nisi eos parentes qui generant ad mortem; nondum noverat eos parentes qui generant ad vitam: non noverat nisi eos parentes qui generant successuros; nondum noverat eos qui semper viventes generant permansuros. Cum ergo sint duae nativitates, ille unam intellegebat. Una est de terra, alia de coelo; una est de carne, alia de Spiritu; una est de mortalitate, alia de aeternitate; una est de masculo et femina, alia de Deo et Ecclesia. Sed ipsae duae singulae sunt; nec illa potest repeti, nec illa. Recte intellexit Nicodemus nativitatem carnis: sic et tu intellege nativitatem spiritus, quomodo intellexit Nicodemus nativitatem carnis. Quid Nicodemus intellexit? *Numquid potest homo denuo in ventrem matris suae intrare, et nasci?* Sic, quicumque tibi dixerit ut spiritaliter iterum nascaris, responde quod dixit Nicodemus: *Numquid potest homo iterum in ventrem matris suae intrare, et nasci?* Iam natus sum de Adam, non me potest iterum generare Adam: iam natus sum de Christo, non me potest iterum generare Christus. Quomodo uterus non potest repeti, sic nec Baptismus.

**7.** Qui nascitur de Ecclesia catholica, tamquam de Sara nascitur, de libera nascitur: qui

<sup>5</sup> In realtà Is 60, 1. NCEI traduce: “Alzati, rivestiti di luce, perché viene la tua luce, la gloria del Signore brilla sopra di te.”, secondo VulgN; in italiano viene adeguata a Vulg.

<sup>6</sup> Gv 3, 3-4. Agostino torna a citare questo stico in questo medesimo tractatus 11 §5 poche righe più avanti; evidenziato in verde.

<sup>7</sup> Gv 3, 3-4.

Sive enim haereticus, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione sanctae Trinitatis baptizet, non valet ille, qui ita baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio vel invocatio tanti nominis videatur annullari.

Et quia Nicodemus ad primam Domini responsionem sollicitus quomodo sit intelligenda diligenter inquirat, meretur jam planius instrui, et quia secunda nativitas non carnalis est, sed spiritalis, audire.

Infatti sia che un eretico, o uno scismatico, o un qualsiasi facinoroso battezzati confessando la santa Trinità, chi è stato così battezzato non deve essere ribattezzato da buoni cattolici, perché non sembri che la confessione o l'invocazione di tanta importanza venga annullata. E siccome Nicodemo, alla prima risposta del Signore, sollecito chiese con diligenza come fosse da intendere, meritò di essere ormai istruito più chiaramente, e di sentire che la seconda nascita non è carnale ma spirituale.

nascitur de haeresi, tamquam de ancilla nascitur, sed ex semine Abraham. Advertat Caritas vestra quam magnum sacramentum. Testatur Deus, et dicit: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob*. Non erant alii patriarchae? non erat ante istos sanctus Noe, qui solus in toto genere humano cum tota domo sua meruit de diluvio liberari, in quo et in filiis eius figurata est Ecclesia? Ligno portante evadunt diluvium. Deinde postea magni quos novimus, quos sancta Scriptura commendat, Moyses fidelis in tota domo eius. Et illi tres nominantur, quasi eum soli promeruerint: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob: hoc mihi nomen est in aeternum*. Sacramentum grande! Potens est Dominus et ora nostra aperire, et corda vestra, ut dicere possimus sicut revelare dignatus est, et capere possitis sicut expedit vobis.

**Tres patres et populus unus: ibi figura, hic veritas.**

**8.** Tres ergo isti patriarchae, Abraham, Isaac, et Iacob. Iam nostis filii Iacob quia duodecim fuerunt, et inde populus Israel: quia ipse Iacob Israel, et populus Israel tribus duodecim, pertinentes ad duodecim filios Israel. Abraham, Isaac, et Iacob, tres patres, et populus unus. Tres patres tamquam in principio populi; tres patres in quibus figurabatur populus: et populus ipse prior, praesens populus. In populo enim Iudaeorum figuratus est populus Christianorum. Ibi figura, hic veritas, ibi umbra, hic corpus, dicente Apostolo: *Haec autem in figura contingebant illis*. Vox est Apostoli: *Scripta sunt, inquit, propter nos, in quos finis saeculorum obvenit*. Recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, et Iacob. In istis tribus invenimus parere liberas, parere et ancillas: invenimus ibi partus liberarum, invenimus ibi et partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat: *Eice ancillam, inquit, et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae*. Apostolus hoc commemorat; et in illis duobus filiis Abrahae, dicit Apostolus fuisse figuram duorum Testamentorum, Veteris et Novi. Ad Vetus Testamentum pertinent dilectores temporalium, dilectores saeculi: ad Novum Testamentum dilectores vitae aeternae. Ideo illa Ierusalem in terra, umbra erat coelestis Ierusalem matris omnium nostrum, quae est in coelo: et haec Apostoli verba sunt. Et de ista civitate unde peregrinamur, multa nostis, multa iam audistis. Invenimus autem rem miram in istis partibus, id est in istis fetibus, in istis generationibus liberarum et ancillarum, quatuor scilicet genera hominum: in quibus quatuor generibus, completur figura futuri populi christiani, ut non sit mirum quod in illis tribus dictum est: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob*. In omnibus enim Christianis, fratres intendite, aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali: amplius istis quatuor generibus non potestis invenire. Quae iterum repetam, advertite, retinete; excutite corda vestra, nolite pigri esse: capite, ne capiamini, quomodo quatuor genera sunt omnium Christianorum. Aut per bonos nascuntur boni, aut per malos nascuntur mali, aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planum est. Per bonos boni: si et qui baptizant, boni sunt: et qui baptizantur, recte credunt, et in membris Christi recte numerantur. Per malos mali: si et qui baptizant, mali sunt; et qui baptizantur, duplici corde ac edunt ad Deum, et non tenent eos mores quos audiunt in Ecclesia, ut non ibi sint palea, sed frumentum. Quam enim multi sint, novit Caritas vestra. Per malos boni: aliquando baptizat adulter, et qui baptizatur iustificatur. Per bonos mali: aliquando qui baptizant, sancti sunt; qui baptizantur, tenere viam Dei nolunt.

**9.** Puto, fratres, notum esse in Ecclesia, et quotidianis exemplis manifestari ea quae dicimus: sed in prioribus nostris patribus ea consideremus, quia habuerunt et illi ista quatuor genera. Per bonos boni: Ananias Paulum baptizavit. Quid per malos mali? Dicit Apostolus quosdam praedicatores Evangelii, quos dicit non caste annuntiare solere Evangelium, quos tolerat in societate christiana, et dicit: *Quid enim? dum omnimodo, sive occasione, sive veritate Christus annuntietur, et in hoc gaudeo*. Numquid malevolus erat, et de alieno malo gaudebat? Sed quia et per malos verum praedicabatur, et per malorum ora Christus praedicabatur; si quos isti sui similes baptizabant, mali malos baptizabant: si quos isti baptizabant tales, quales admonet Dominus cum dicit: *Quae dicunt facite; quae autem faciunt, facere nolite*, mali bonos baptizabant. Boni malos baptizabant, quomodo a Philippo sancto Simon magus baptizatus est. Nota sunt ergo ista quatuor genera, fratres mei. Ecce iterum ea repeto, tenete illa, numerate illa, advertite illa; cavete quae mala sunt, tenete quae bona sunt. Per bonos boni nascuntur, cum per sanctos sancti baptizantur: per malos mali, cum et qui baptizant et qui baptizantur, inique et impie vivunt: per malos boni, cum mali sunt qui baptizant; et boni qui baptizantur: per bonos mali, cum boni sunt qui baptizant, et mali qui baptizantur.

**Ismael et Isaac, pars Donati et Ecclesia.**

**10.** Quomodo invenimus ista in tribus istis nominibus: *Ego sum Deus Abraham, Deus*

*Isaac, et Deus Iacob?* Ancillas accipimus in malis, liberas accipimus in bonis: pariunt liberae bonos; Sara peperit Isaac: pariunt ancillae malos; Agar peperit Ismael. Habemus in uno Abraham et illud genus cum per bonos boni, et illud genus cum per malos mali. Per bonos mali ubi figurati sunt? Libera erat Rebecca uxor Isaac: legite, peperit geminos, unus erat bonus, alter malus. Habes aperte Scripturam dicentem Dei voce: *Iacob dilexi. Esau autem odio habui.* Istos duos genuit Rebecca, Iacob et Esau: unus inde eligitur, alius reprobatur; unus succedit in haereditatem, alter exhaereditatur. Non facit populum suum Deus de Esau; sed facit de Iacob. Semen unum, diversi qui concepti sunt: uterus unus, diversi qui nati sunt. Numquid non libera peperit Iacob, quae libera peperit Esau? Luctabantur in ventre matris suae, et dictum est Rebeckae, cum ibi luctarentur: *Duo populi sunt in utero tuo.* Duo homines, duo populi; bonus populus, malus populus: sed tamen in uno ventre luctantur. Quanti mali sunt in Ecclesia, et unus uterus portat, donec in fine discernantur: et boni adversus malos clamant, et mali adversus bonos reclamant, et in unius visceribus utrique luctantur. Numquid semper simul erunt? In fine exitur ad lucem, declaratur nativitas quae hic in sacramento figuratur: et tunc apparebit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

**11.** Iam ergo invenimus, fratres, et de bonis bonos, de libera Isaac: et de malis malos, de ancilla Ismael: et de bonis malos, Esau de Rebecca. De malis bonos ubi invenimus? Restat Iacob, ut in tribus patriarchis quatuor generum istorum perfectio concludatur. Habuit uxores Iacob liberas, habuit et ancillas: pariunt liberae, pariunt et ancillae, et fiunt duodecim filii Israel. Si numeres omnes de quibus nati sunt, non omnes de liberis, non omnes de ancillis: sed tamen omnes ex uno semine. Quid ergo, fratres mei? numquid qui nati sunt de ancillis, non simul possederunt terram promissionis cum fratribus suis? Invenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, et bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit nativitas de uteris ancillarum, quando in patre cognoverunt semen suum, et consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis, quominus tenerent regnum, et terram promissionis cum fratribus ex aequo acciperent; non illis obfuerunt natales ancillarum, sed praevaluit semen paternum: sic quicumque per malos baptizantur, tamquam de ancillis videntur nati; sed tamen quia ex semine verbi Dei, quod figuratur in Iacob, non contristentur, simul haereditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit qui de semine bono nascitur; tantum non imitetur ancillam, si de ancilla nascitur. Ancillam malam superbientem non imiteris. Unde enim filii Iacob de ancillis nati, possederunt terram promissionis cum fratribus, Ismael autem de ancilla natus, expulsus est ab haereditate? Unde, nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille cervicem, et voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo.

**12.** Magnum ibi sacramentum. Ludebant simul Ismael et Isaac; vidit illos Sara ludentes, et ait Abrahae: *Eice ancillam et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Et cum contristatus esset Abraham, confirmavit ei Dominus dictum uxoris eius. Iam hic manifestum est sacramentum, quia nescio quid futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit, et dicit: *Eice ancillam et filium eius.* Quid est hoc, fratres? Quid enim mali fecerat Ismael puero Isaac, quia ludebat cum illo? Sed illa lusio, illusio erat; illa lusio deceptionem significabat. Nam magnum sacramentum attendat Caritas vestra. Persecutionem illam vocat Apostolus; ipsam lusionem, ipsum lusum persecutionem vocat: ait enim: *Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequeretur eum qui secundum spiritum, ita et nunc;* id est, qui secundum carnem nati sunt, persequuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundum carnem nati? Dilectores mundi, amatores saeculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni coelorum, dilectores Christi, desiderantes vitam aeternam, gratis colentes Deum. Ludunt, et dicit Apostolus persecutionem. Nam posteaquam dixit haec verba Apostolus: *Et sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequeretur eum qui secundum spiritum, ita et nunc;* secutus est, et ostendit de qua persecutione diceret: *Sed quid dicit Scriptura? Eice ancillam et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Quaerimus ubi hoc dicat Scriptura, ut videamus utrum aliqua persecutio praecesserit Ismaelis in Isaac: et invenimus hoc dictum esse a Sara, quando vidit pueros ludentes simul. Quam lusionem dicit Scriptura vidisse Saram, hanc persecutionem dicit Apostolus. Plus ergo vos persequuntur qui vos illudendo seducunt: Veni, veni; baptizare hic, hic habes verum baptismum. Noli ludere, unus est verus; ille lusus est: seduceris, et ista persecutio gravis tibi erit. Melius tibi erat ut Ismaelem tu lucrareris ad regnum; sed non vult Ismael, quia ludere vult. Tene tu haereditatem patris, et audi: *Eice ancillam et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* **13.** Isti etiam audent dicere quia persecutionem solent pati a catholicis regibus, aut a catholicis principibus. Quam persecutionem tolerant?



Afflictionem corporis: si tamen aliquando passi sunt, aut quomodo passi sunt, ipsi sciant, et conveniant conscientias suas; tamen afflictionem corporis passi sunt: persecutio quam faciunt gravior est. Cave quando vult ludere Ismael cum Isaac, quando tibi blanditur, quando offert alterum baptismum: responde: Habeo iam Baptismum. Si enim verus est iste baptismus, qui tibi vult dare alterum, illudere te vult. Cave animae persecutorem. Nam si a principibus catholicis aliquid passa est pars Donati aliquando, secundum corpus passa est, non secundum illusionem spiritus. Audite et videte in ipsis veteribus factis, omnia futurarum rerum signa et indicia. Invenitur Sara afflixisse Agar ancillam: Sara libera est: posteaquam superbire coepit ancilla, questa est Abrahae Sara, et dixit: *Eice ancillam; erexit adversum me cervicem suam*. Et quasi ab Abraham fieret, de Abraham questa est mulier. Abraham vero qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur, sed officio generandi, quoniam Sara ei dederat unde prolem susciperet, ait ei: *Ecce ancilla tua, utere ea sicut vis*. Et afflixit eam graviter Sara, et fugit a facie eius. Ecce libera afflixit ancillam, et non illam vocat persecutionem Apostolus; ludit servus cum domino, et persecutionem vocat: afflictio ista non vocatur persecutio, et lusio illa vocatur persecutio. Quid vobis videtur, fratres? Nonne intellegitis quid significatum sit? Sic ergo quando vult Deus concitare potestates adversus haereticos, adversus schismaticos, adversus dissipatores Ecclesiae, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Baptismi, non mirentur; quia Deus concitat, ut a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar, ponat cervicem: quia cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei angelus, et dixit: *Quid est, Agar ancilla Sarae?* cum conquesta esset de domina, quid audivit ab Angelo? *Revertere ad dominam tuam*. Ad hoc ergo affligitur, ut revertatur. Atque utinam revertatur; quia proles eius, sicut filii Iacob, cum fratribus haereditatem tenebit.

**14.** Mirantur autem quia commoventur potestates christianae adversus detestandos dissipatores Ecclesiae. Non ergo moverentur? Et quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat Caritas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges saeculi christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam, unde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones et gesta prophetica. Tres pueri in igne laudaverunt Dominum: miratus est Nabuchodonosor rex laudantes Deum pueros, et circa eos ignem innocentem; et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor rex, non vel Iudaeus vel circumcisis, ille qui statuam suam exererat, et ad eam adorandam omnes coegerat; tamen laudibus trium puerorum commotus, ubi vidit maiestatem Dei praesentis in igne, quid ait? *Et ego proponam decretum omnibus tribus et linguis in omni terra*. Quale decretum? *Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrac, Misac, et Abdenago, in interitum erunt, et domus eorum in perditionem*. Ecce quomodo saevit rex alienigena, ne blasphemetur Deus Israel, quia potuit tres pueros de igne liberare: et nolunt ut saeviant reges christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberatur? Nam tres illi pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali. Numquid non ipse est Deus Machabaeorum, qui et trium puerorum? Illos ab igne liberavit: illi in tormentis igneis corpore defecerunt, sed in legitimis mandatis animo permanserunt. Illi aperte liberati sunt, illi occulte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarum, quam de fornace potestatis humanae. Si ergo Nabuchodonosor rex laudavit et praedicavit et gloriam dedit Deo. quia liberavit de igne tres pueros, et tantam gloriam dedit, ut decretum mitteret per regnum suum: *Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrac, Misac, et Abdenago, in interitum erunt, et domus eorum in perditionem*: quomodo isti reges non moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipsos liberatos de gehenna, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exsufflari in Christianis, quando audiunt dici christiano: Dic te non esse christianum? Talia facere volunt, et saltem talia pati nolunt.

**15.** Nam videte qualia faciunt, et qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore: sempiternas mortes faciunt, et temporales se perpeti conquerunt. Et tamen quas patiuntur? Proferunt nobis nescio quos in persecutione suos martyres. Ecce Marculus de petra praecipitatus est: ecce Donatus Bagaiensis in puteum missus est. Quando potestates Romanae talia supplicia decreverunt, ut praecipitarentur homines? Quid autem respondent nostri? Quid sit gestum nescio: tamen quid tradunt nostri? Quia ipsi se praecipitaverunt, et potestates infamaverunt. Recordemur consuetudinem potestatum Romanarum, et videamus cui credendum sit. Dicunt nostri illos se praecipitasse: si non sunt ipsi discipuli ipsorum qui se modo de saxis nullo persequente praecipitant, non credamus: quid mirum, si fecerunt illi quod solent? Nam potestates Romanae nunquam talibus suppliciis usae sunt. Num enim non poterant occidere aperte? Sed illi qui se mortuos coli voluerunt, famosiore mortem non invenerunt.

Postremo quidquid illud est, non novi. Et si passa es, o pars Donati, corporalem afflictionem ab Ecclesia catholica, a Sara passa es Agar; *redi ad dominam tuam*. Locus quidem necessarius aliquanto diutius nos tenuit, ut textum totum evangelicae lectionis exponere minime valeremus. Fratres, sufficiat interim Caritati vestrae, ne haec quae dicta sunt, dicendo alia, excludantur de cordibus vestris. Haec tenete, talia dicite, flammantes illuc procedite, accendite frigidus.

## TRACTATUS XII

*Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo* (Io 3, 6-21).

Si nemo, nisi Christus, descendit et adscendit, quae spes est ceteris? Ea spes est ceteris, quia ille propterea descendit ut in illo et cum illo unus essent, qui per illum adscensuri essent. Ergo in uno estote, unum estote, unus estote.

**1.** Ex eo quod hesterno die intentam fecimus Caritatem vestram, intellegimus vos alacrius et numerosius convenisse: sed interim lectioni evangelicae ex ordine sermonem debitum reddamus, si placet; deinde audiet Caritas vestra de pace Ecclesiae vel quid egerimus, vel quid adhuc agendum speremus. Nunc ergo tota intentio cordis ad Evangelium feratur, nemo aliunde cogitet. Si enim qui totus adest, vix capit; qui se per cogitationes diversas dividit, nonne et quod ceperat fundit? Meminit autem Caritas vestra Dominico praeterito, quantum Dominus adiuvere dignatus est, disseruisse nos de spiritali regeneratione: quam lectionem vobis iterum legi fecimus, ut quae tunc non dicta sunt, in Christi nomine adiuvantibus orationibus vestris impleamus.

### **Regeneratio spiritalis una est.**

**2.** Regeneratio spiritalis una est, sicut generatio carnalis una est. Et quod Nicodemus Domino ait, verum dixit, quia non potest homo cum sit senex, redire rursus in uterum matris suae, et nasci. Ille quidem dixit, quia homo cum sit senex, hoc non potest, quasi, et si infans esset, posset. Omnino enim non potest, sive recens ab utero, sive annosa iam aetate, redire rursus in materna viscera, et nasci. Sed sicut ad nativitatem carnalem valent muliebria viscera ad semel pariendum; sic ad nativitatem spiritalem valent viscera Ecclesiae, ut semel quisque baptizetur. Propterea ne quis forte dicat: Sed iste in haeresi natus est, et iste in schismate natus est; amputata sunt omnia, si meministis, quae vobis disputata sunt de tribus patribus nostris, quorum Deus dici voluit, non quia soli erant, sed quia in solis expleta est integritas significandi populi futuri. Invenimus enim natum de ancilla exhaeredatum, natum de libera haeredem: rursus invenimus natum de libera exhaeredatum, natum de ancilla haeredem. Natus de ancilla exhaeredatus Ismael, natus de libera haeres Isaac; natus de libera exhaeredatus Esau, nati de ancillis haeredes filii Iacob. In illis itaque tribus patribus, omnis futuri populi figura perspecta est: nec immerito Deus inquit: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob: hoc mihi*, inquit, *nomen est in aeternum*. Magis meminimus quid promissum sit ipsi Abrahae: hoc enim promissum est Isaac, hoc promissum est et Iacob. Quid invenimus? *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Credidit tunc unus quod nondum videbat: vident homines, et excaecantur. Completum est in gentibus quod promissum est uni: et separantur a communionem gentium, qui et quod impletum est videre nolunt. Sed quid illis prodest quia videre nolunt? Vident, velint nolint; aperta veritas et clausos oculos ferit.

**3.** Responsum est Nicodemo, qui ex eis erat qui crediderant in Iesum, et ipse Iesus non se credebat eis. Quibusdam enim non se credebat, cum iam in illum credidissent. Sic habes scriptum: *Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quae faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum illis. Non enim opus habebat ut quisquam testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine*. Ecce iam illi credebant in Iesum, et ipse Iesus non se credebat eis. Quare? Quia nondum erant renati ex aqua et Spiritu. Inde hortati sumus, et hortamur fratres nostros catechumenos. Si enim interrogas eos, iam crediderunt in Iesum: sed quia nondum carnem eius et sanguinem accipiunt, nondum se illis credidit Iesus. Quid faciant, ut se illis credat Iesus? Renascantur ex aqua et Spiritu, proferat Ecclesia quos parturit. Concepti sunt, edantur in lucem: habent ubera quibus nutriantur, non timeant ne nati suffocentur, ab uberibus maternis non recedant.

**4.** Nullus potest homo redire in matris viscera, et iterum nasci. Sed de ancilla nescio quis natus est? Numquid tunc qui nati sunt de ancillis, redierunt in uterum liberarum, ut denuo nascerentur? Semen Abraham et in Ismael; et ut posset Abraham facere filium de ancilla, uxor auctor fuit. Natus est ex semine viri, et non utero, sed solo placito uxoris. Numquid quia de ancilla, ideo exhaeredatus? Si propterea exhaeredatus quia de ancilla natus est, nulli ancillarum filii admitterentur ad haereditatem. Filii Iacob admissi sunt ad haereditatem: Ismael autem, non quia ex ancilla natus, exhaeredatus,

*Respondit namque Jesus:*

*Amen amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.*<sup>8</sup>

Cujus nativitatis modum subsequenter exponens, prorsusque a **carnali** distinguens, ait:

*Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est.*<sup>9</sup>

Natura spiritus invisibilis est, carnis visibilis; atque ideo carnalis generatio visibiliter administratur (visibilibus enim incrementis, qui in carne nascitur, per aetatum momenta proficit),

spiritualis autem generatio tota invisibiliter agitur.

Nam videtur quidem, qui baptizatur, in fontem descendere, videtur aquis intingi, videtur de aquis ascendere; quid autem in illo lavacrum regenerationis egerit, minime potest videri. Sola autem fidelium pietas novit quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit. Filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit. Filius praevaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit. Filius irae descendit, sed filius misericordiae ascendit. Filius diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Sola hoc Ecclesia mater, quae generat, novit. Caeterum oculis insipientium videtur talis exire de fonte, qualis intravit, totumque ludus esse quod agitur. Unde in finem videntes gloriam sanctorum, dicent gementes in tormentis: *Hi sunt,*

*quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improprietatis. Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei (Sap. V)*<sup>10</sup>? Ait apostolus Joannes:

*Charissimi, inquit, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus (Joan. III)*<sup>11</sup>.

*Quod natum est ex Spiritu, spiritus est,* quia qui ex aqua et Spiritu regeneratur, invisibiliter in novum mutatur hominem,

et de carnali efficitur spiritualis. Qui ideo recte non solum spiritualis, sed etiam spiritus vocatur, quia sicut substantia spiritus invisibilis est in aspectibus, ita is, qui per gratiam Dei innovatur, invisibiliter fit spiritualis,

et Dei Filius, cum visibiliter omnibus caro et filius hominis appareat.

*Rispose Gesù:*

*In verità, in verità io ti dico, se uno non nasce da acqua e Spirito, non può entrare nel regno di Dio.*

Esponendo di seguito la modalità di questa nascita, e anzitutto distinguendola da [quella] carnale, dice:

*Quello che è nato dalla carne è carne, e quello che è nato dallo Spirito è spirito.*

La natura dello spirito è invisibile, [quella] della carne visibile; e pertanto la generazione carnale è gestita visibilmente (chi nasce nella carne, infatti, procede con incrementi visibili, lungo il succedersi delle età), mentre la generazione spirituale avviene tutta invisibilmente. Infatti uno che viene battezzato è visto discendere nel fonte, è visto essere intinto con le acque, è visto risalire dalle acque; invece che cosa avvenga in quel lavacro di rigenerazione, non può affatto essere visto. Ma solo la pietà dei fedeli riconosce che scende nel fonte peccatore, ma risale purificato. Scende figlio della morte, ma risale figlio della resurrezione. Scende figlio della prevaricazione, ma risale figlio della riconciliazione. Scende figlio dell'ira, ma risale figlio della misericordia. Scende figlio del diavolo, ma risale figlio di Dio. Solo la madre Chiesa, che genera, conosce ciò. Del resto agli occhi degli insipienti sembra che esca dal fonte tale e quale è entrato, e che sia tutto un gioco ciò di cui si tratta. E così, alla fine, vedendo la gloria dei santi, diranno gemendo fra i tormenti: *Questi sono coloro che noi una volta abbiamo deriso e abbiamo preso a bersaglio del nostro scherno. Come mai sono stati annoverati tra i figli di Dio (Sap 5, 4. 5)?* Dice l'apostolo Giovanni: *Carissimi, dice, noi fin d'ora siamo figli di Dio, ma ciò che saremo non è stato ancora rivelato (1Gv 3, 2).* *Quello che è nato dallo Spirito è spirito,* perché chi è rigenerato da acqua e Spirito, viene invisibilmente mutato nell'uomo nuovo, e da carnale viene reso spirituale. E questi pertanto a ragione è detto non solo spirituale, ma anche spirito, perché come nella natura lo spirito è invisibile nelle sembianze, così colui che per grazia di Dio è fatto nuovo, invisibilmente diventa spirituale, e Figlio di Dio, benché visibilmente appaia a tutti carne e figlio dell'uomo.

sed quia superbus matri, superbus in filium matris; mater enim eius magis Sara quam Agar. Illius uterus accommodatus, illius voluntas accessit; non faceret Abraham quod Sara nollet: magis ergo ille filius Sarae. Sed quia superbus in fratrem, et superbus ludendo, quia deludendo; quid ait Sara? *Eice ancillam et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Non ergo illum viscera ancillae eiecerunt foras, sed cervix servilis. Et si liber superbus sit, servus est; et quod peius est, malae dominae, ipsius superbiae. Itaque, fratres mei, respondete homini non posse rursus nasci hominem; respondete securi non posse rursus nasci hominem. Quidquid iterum fit, illusio est; quidquid iterum fit, lusus est. Ismael ludit, foras mittatur. Animadvertit enim eos Sara ludentes, ait Scriptura, et dixit Abrahamae: *Eice ancillam et filium eius.* Displicuit Sarae lusus puerorum; aliquid novum vidit pueros ludere. Nonne optant hoc quae filios habent, videre ludentes filios suos? Vidit illa, et improbavit. Nescio quid vidit in lusu: illusionem vidit in illo lusu, animadvertit servi superbiam; displicuit illi, eiecit foras. Nati de ancillis improbi mittuntur foras, et natus de libera mittitur foras Esau. Nemo ergo praesumat quia de bonis nascitur, nemo praesumat quia per sanctos baptizatur. Qui per sanctos baptizatur, adhuc caveat ne non sit Iacob, sed Esau. Hoc ergo, fratres, dixerim: melius est ab hominibus sua quaerentibus et mundum diligentibus, quod significat nomen ancillae, baptizari et spiritualiter haereditatem quaerere Christi, ut sit tamquam filius Iacob de ancilla, quam baptizari per sanctos et superbire, ut sit Esau foras mittendus, quamvis natus ex libera. Haec, fratres, tenete. Non vos palpamus, nulla spes vestra in nobis sit: nec nobis blandimur, nec vobis; unusquisque suam sarcinam portat. Nostrum est dicere, ne male iudicemur: vestrum est audire, et corde audire, ne exigatur quod damus; imo quando exigitur, lucrum inveniatur, non detrimentum.

**In spiritu nascimur verbo et sacramento.**

**5.** Dicit Dominus Nicodemo, et exponit ei:

*Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.*

Tu, inquit, **carnalem** generationem intellegis, cum dicis: *Numquid potest homo redire in viscera matris suae?* ex aqua et Spiritu oportet ut nascatur propter regnum Dei. Si propter haereditatem patris hominis temporalem nascitur, nascatur ex visceribus matris **carnalis**: si propter haereditatem patris Dei sempiternam, nascatur ex visceribus Ecclesiae. Generat per uxorem filium pater moriturus successurum: generat Deus de Ecclesia filios non successuros, sed secum mansuros. Et sequitur:

*Quod natum est de carne, caro est: et quod natum est de Spiritu, spiritus est.*

Spiritualiter ergo nascimur, et in spiritu nascimur verbo et sacramento. Adest Spiritus, ut nascamur: Spiritus invisibiliter adest unde nasceris, quia et tu invisibiliter nasceris.

<sup>8</sup> Gv 3, 5 Vulg.: "Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei."

<sup>9</sup> Gv 3, 6.

<sup>10</sup> Sap 5, 3. 5 Vulg.; Sap 5, 4. 5 NCEI, che traduce: "Questi è colui che noi una volta abbiamo deriso e, stolti, abbiamo preso a bersaglio del nostro scherno; Come mai è stato annoverato tra i figli di Dio e la sua eredità è ora tra i santi?", secondo VulgN; ai fini del commento ritengo indispensabile mantenere il plurale, secondo Vulg.

<sup>11</sup> In realtà 1Gv 3, 2

Sequitur:

*Non mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis; sed nescis unde veniat, et quo vadat.*

*Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.*<sup>12</sup> *Spiritus ubi vult spirat, quia ipse habet in potestate, cujus cor gratia suae visitationis illustret.*

*Et vocem ejus audis,*

cum te praesente loquitur is, qui Spiritu sancto repletus est.

*Sed nescis unde veniat, et quo vadat,*

quia etiam, si te praesente quempiam spiritus ad horam impleverit, non potes videre quomodo intraverit, vel quomodo redierit, quia natura est invisibilis.

*Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.*

Et ipse enim invisibiliter agente spiritu incipit esse quod non erat; ita ut infideles nesciant unde veniat,

et quo vadat; id est, quia per gratiam regenerationis venit in adoptionem filiorum Dei, et vadit in perceptionem regni coelestis.

Quaerente autem adhuc Nicodemo

quomodo possint haec fieri,<sup>13</sup>

subjungit Dominus, dicens:

*Tu es magister in Israel, et haec ignoras?*<sup>14</sup>

Non quasi insultare volens ei qui magister vocetur, cum sit ignarus sacramentorum coelestium, sed ad humilitatis illum viam provocans, sine qua janua coelestis non potest inveniri.

*Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixero vobis coelestia, creditis?*<sup>15</sup>

Continua:

*Non meravigliarti se ti ho detto: dovete nascere dall'alto. Il vento soffia dove vuole e ne senti la voce, ma non sai da dove viene né dove va:*

*così è chiunque è nato dallo Spirito. Lo Spirito soffia dove vuole, perché egli ha in suo potere di illuminargli il cuore con la grazia della sua visitazione.*

*E ne senti la voce,*

quando alla tua presenza parla colui che è pieno di Spirito santo.

*Ma non sai da dove viene né dove va,*

perché, se pure lo spirito, alla tua presenza, in quel momento riempie qualcheduno, non puoi vedere come vi è entrato, o come vi è tornato, perché è invisibile di natura.

*Così è chiunque è nato dallo Spirito.*

Anche lui infatti invisibilmente, sotto l'azione dello spirito, comincia ad essere ciò che non era; così che gli infedeli non sappiano da dove venga e dove vada; cioè che in grazia della rigenerazione entra nell'adozione dei figli di Dio, e va a percepire il regno celeste.

Ma siccome Nicodemo chiedeva ancora

come possa accadere questo,

il Signore soggiunge, dicendo:

*Tu sei maestro d'Israele e non conosci queste cose?*

Non quasi volendo insultare colui che era detto maestro, in quanto ignaro dei misteri celesti, ma per stimolarlo sulla via dell'umiltà, senza la quale non si può trovare la porta celeste.

*Se vi ho parlato di cose della terra e non credete, come crederete se vi parlerò di cose del cielo?*

Sequitur

enim, et dicit:

*Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo: Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat.*

*Nemo videt Spiritum: et quomodo audimus vocem Spiritus? Sonat Psalmus, vox est Spiritus; sonat Evangelium, vox est Spiritus; sonat sermo divinus, vox est Spiritus.*

*Vocem ejus audis,*

*et nescis unde veniat, et quo vadat.*

*Sed si nasceris et tu de Spiritu, hoc eris, ut ille qui non est adhuc natus de Spiritu, non sciat de te unde venias, et quo eas. Hoc enim secutus ait:*

*Sic est et omnis qui natus est ex Spiritu.*

**6. Respondit Nicodemus, et dixit ei:**

*Quomodo possunt haec fieri?*

Et revera carnaliter, non intellegebat. In illo fiebat quod dixerat Dominus, vocem Spiritus audiebat, et nesciebat unde venerat et quo ibat. *Respondit Iesus, et dixit ei: Tu es magister in Israel, et haec ignoras? O fratres, quid, putamus Dominum huic magistro Iudaeorum quasi insultare voluisse? Noverat Dominus quid agebat, volebat illum nasci ex Spiritu. Nemo ex Spiritu nascitur, nisi humilis fuerit: quia ipsa humilitas facit nos nasci de Spiritu; quia prope est Dominus obtritis corde. Ille magisterio inflatus erat, et alicuius momenti sibi esse videbatur, quia doctor erat Iudaeorum: deponit ei superbiam, ut possit nasci de Spiritu: insultat tamquam indocto; non quia superior vult videri Dominus. Quid magnum, Deus ad hominem, veritas ad mendacium? Maior Christus quam Nicodemus dici debet, dici potest, cogitandum est? Si diceretur maior Christus quam Angeli, ridendum erat: incomparabiliter enim maior omni creatura, per quem facta est omnis creatura. Sed exagitat superbiam hominis:*

*Tu es magister in Israel, et haec ignoras?*

Tamquam dicens: Ecce nihil nosti, princeps superbus, nascere ex Spiritu:

si enim natus fueris ex Spiritu, vias Dei tenebis, ut Christi humilitatem sequaris. Sic enim altus est super omnes Angelos, quia *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem (et ne mortis genus tibi aliquod placeat), mortem autem crucis.* Pendebat, et insultabatur ei. De cruce descendere poterat; sed differebat, ut de sepulcro resurgeret. Pertulit superbos servos Dominus; medicus aegrotos. Si hoc ille, quid illi quos oportet nasci ex Spiritu? si hoc ille verus magister in coelo, non hominum tantum, sed et Angelorum. Si enim docti sunt Angeli, Verbo Dei docti sunt. Si Verbo Dei docti sunt, quaerite unde docti sunt; et invenietis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Tollitur homini cervix, sed aspera et dura, ut sit lenis cervix ad portandum iugum Christi, de quo dicitur: *Iugum meum lene est, et sarcina mea levis est.*

**7. Et sequitur:**

*Si terrena dixi vobis, et non creditis; quomodo, si dixero vobis coelestia, creditis?*

*Quae terrena dixit, fratres? Nisi quis natus fuerit denuo, terrenum est? Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, et quo eat, terrenum est? Si enim de isto vento diceret, sicut nonnulli intellexerunt, cum quaereretur ab eis quid terrenum dixerit Dominus, dum ait: Si terrena dixi vobis, et non creditis; quomodo, si coelestia dixero, creditis? Cum ergo quaereretur a quibusdam, quid terrenum dixerit Dominus, angustias passi dixerunt, Quod ait: Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, et quo eat, de isto vento dixit. Quid enim nominavit terrenum? Loquebatur de generatione spiritali: secutus ait: Sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Deinde, fratres, quis nostrum non videat, verbi gratia, austrum euntem de meridie ad*

<sup>12</sup> Gv 3, 7-8. NCEI traduce: "...Il vento soffia dove vuole ..."; è possibile anche intendere: " Lo Spirito soffia dove vuole ..."; personalmente ho optato per mantenere la soluzione NCEI nella citazione, ma subito dopo, nella ripresa, rendere con Spirito, perché richiesto dal commento.

<sup>13</sup> Cfr Gv 3, 9.

<sup>14</sup> Gv 3, 10.

<sup>15</sup> Gv 3, 12. Agostino torna a citare questo versetto poche righe più avanti, i questo stesso §7, evidenziato in verde.



Terrena illis dixit, ut in superiore lectione invenimus, cum de passione ac de resurrectione sui corporis, quod de terra assumpsit, loqueretur, dicens:

*Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud;*<sup>16</sup>

non tamen credebant verbo quod dixit; sed ne hoc quidem intelligere valebant, quia non de alio, quam de templo corporis sui diceret. Qui ergo terrena audientes non capiebant, quanto minus ad coelestia, id est divinae generationis capienda mysteria sufficiunt? Addit autem adhuc Dominus et de coelestibus sacramentis, et de terrenis instruere cum quem vidit sapienter ac diligenter his quae audiret intendere.

Coelestis namque est ascensio ejus ad vitam sempiternam;

terrena vero ejus exaltatio ad mortem temporalem. Dicit ergo de coelestibus:

*Et nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo.*

(Subjungit vero de terrenis:) *Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.*<sup>17</sup> Merito autem quaeritur quomodo dicatur filius hominis vel descendisse de coelo, vel eo tempore quo haec in terra loquebatur,

jam fuisse in coelo. Nota est autem confessio fidei catholicae, quia descendens de coelo Filius Dei, filium hominis in utero virginali suscepit, eumque completa dispensatione passionis suae, resuscitavit a mortuis, et assumpsit in coelum.

Non ergo caro Christus descendit de coelo, neque ante tempus ascensionis erat in coelo, nisi quia una Christi persona est, in duabus existens naturis.

Atque ideo filius hominis recte dicitur et descendisse de coelo, et ante passionem fuisse in coelo, quia quod in sua natura habere non potuit, hoc in Filio Dei,

a quo assumptus est, habuit; sicut propter eandem unius Christi personam,

quae ex duabus exstat naturis, Apostolus ait. *Vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* (Act. XX)<sup>18</sup>.

Neque enim Deus in sua sententia, sed in homine assumpto sanguinem, quem pro Ecclesia funderet, habuit. Hinc etenim Psalmista dicit: *Ascendit Deus in jubilatione* (Psal. XLVI)<sup>19</sup>.

Quomodo enim Deus, nisi in homine, ascenderet,

qui in suae naturae majestate semper ubique praesens adest?

Sed et hoc quaerendum, quomodo dictum sit:

*Et nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo*, cum omnes electi se veraciter confidant ascensuros in coelum, promittente sibi Domino: *Quia ubi sum ego, illic et minister meus erit* (Joan. XII). Cujus tamen nondum quaestionis apertissima ratio solvit, quia videlicet mediator Dei et hominum homo Christus Jesus electorum omnium caput est; itemque omnes electi ejusdem capitis membra sunt, dicente Apostolo: *Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam* (Ephes. I)<sup>20</sup>; et rursus, *Vos enim estis corpus Christi, et membra de membro* (Ephes. V)<sup>21</sup>.

*Nemo ergo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit,*

*Filius hominis, qui est in coelo.* Nemo ascendit in coelum, nisi Christus in corpore suo,

Disse loro cose terrene, come abbiamo riscontrato nella lettura precedente, quando parlava della passione e resurrezione del suo corpo, che aveva assunto dalla terra, dicendo:

*Distrugete questo tempio e in tre giorni lo farò risorgere;*

tuttavia non credevano alla parola che aveva detto; ma non erano affatto capaci di comprendere che non aveva parlato d'altro che del tempio del suo corpo. Quelli che non capivano ascoltando cose terrene, quanto meno erano in grado di capire misteri celesti, cioè della generazione divina? Ma il Signore aggiunge l'istruire sia sui misteri celesti che terreni, dato che lo vide prestare attenzione con sapienza e diligenza a ciò che aveva udito. Infatti è celeste la sua ascensione alla vita sempiterna; terrena invece la sua elevazione alla morte temporale. Dice dunque delle celesti:

*Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell'uomo, che è in cielo.*

(Invero delle terrene soggiunge:) *E come Mosè innalzò il serpente nel deserto, così bisogna che sia innalzato il Figlio dell'uomo.* Ma a ragione ci si chiede come mai si dica che il figlio dell'uomo discese dal cielo, o che fosse ancora in cielo nel tempo in cui diceva ciò in terra. È nota peraltro la confessione di fede cattolica: che il Figlio di Dio scendendo dal cielo, assunse il figlio dell'uomo nell'utero verginale, e che, completata l'economia della sua passione, [lo] risuscitò dai morti, e [lo] assunse in cielo. Non, dunque, Cristo-carne discese dal cielo, né era in cielo prima del tempo dell'ascensione, se non perché Cristo è una sola persona, esistente in due nature. E pertanto si dice rettamente che il figlio dell'uomo sia disceso dal cielo, e che prima della passione fosse in cielo, perché ciò che non poteva avere nella sua natura lo ebbe nel Figlio di Dio, dal quale è stato assunto; così come, a proposito della medesima persona dell'unico Cristo, che consta di due nature, dice l'Apostolo: *Lo Spirito Santo vi ha costituiti vescovi per reggere la Chiesa di Dio, che si è acquistata con il proprio sangue* (At 20, 28). E infatti Dio non ebbe il sangue, che effuse per la Chiesa, nel suo pensiero, ma nell'uomo assunto. E sempre per questo il Salmista infatti dice: *Ascende Dio tra le acclamazioni* (Sal 46, 6). In che modo infatti Dio, se non nell'uomo, ascenderebbe, lui che rimane presente sempre e ovunque nella maestà della sua natura? Ma c'è pure da chiedersi come mai si dica: *Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo*, dato che tutti gli eletti confidano con verità di ascendere in cielo, come promette loro il Signore: *Perché dove sono io, là sarà anche il mio servitore* (Gv 12, 26). Tuttavia ancora non scioglie la ragione palese di questa domanda: perché certo il mediatore di Dio e degli uomini, l'uomo Cristo Gesù, è capo di tutti gli eletti; e parimenti tutti gli eletti sono membra del medesimo capo, come dice l'Apostolo: *e lo ha dato come capo su tutta la Chiesa* (Ef 1, 22); e di nuovo, *Ora voi siete corpo di Cristo e, ognuno secondo la propria parte, sue membra* (1Cor 12, 27). *Nessuno, dunque, è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell'uomo, che è in cielo.* Nessuno ascende al cielo, se non Cristo nel suo

aquilonem; aut alium ventum venientem ab oriente ad occidentem? quomodo ergo nescimus unde veniat et quo eat? Quid ergo dixit terrenum, quod non credebant homines? An illud quod de templo resuscitando dixerat? Corpus enim suum de terra acceperat, et ipsam terram de terreno corpore susceptam parabat suscitare. Non ei creditum est terram suscitaturum.

*Si terrestria, inquit, dixi vobis et non creditis: quomodo, si coelestia dixerem, creditis?*

Hoc est, si non creditis quia templum possum resuscitare deiectum a vobis; quomodo creditis quia per Spiritum possint homines regenerari?

**Quia unus descendit, unus adscendit.**

**8.** Et sequitur: *Et nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis qui est in coelo.* Ecce hic erat, et in coelo erat: hic erat carne, in coelo erat divinitate; imo, ubique divinitate. Natus de matre, non recedens a Patre. Duae natiuitates Christi intelleguntur; una divina, altera humana: una per quam efficeremur, altera per quam reficeremur: ambae mirabiles; illa sine matre, ista sine patre. Sed quia de Adam corpus acceperat, quia Maria de Adam, ipsumque corpus suscitaturus erat: terrenum quiddam dixerat:

*Solvite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud.*

Coeleste autem quiddam dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non videbit regnum Dei.* Eia, fratres, Deus voluit esse filius hominis, et homines voluit esse filios Dei. Ipse descendit propter nos, nos ascendamus propter ipsum. Solus enim descendit et ascendit, qui hoc ait:

*Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo.*

Non ergo ascensuri sunt in coelum quos facit filios Dei? Ascensuri plane: haec nobis promissio est: *Erunt aequales Angelis Dei.* Quomodo ergo nemo ascendit, nisi qui descendit? Quia unus descendit, unus ascendit. Quid de caeteris? quid intellegendum, nisi quia membra eius erunt, ut unus ascendat? Propterea sequitur:

*Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis qui est in coelo.*

Miraris quia et hic erat et in coelo? Tales fecit discipulos suos. Paulum audi apostolum dicentem: *Nostra autem conversatio in coelis est.* Si homo Paulus apostolus ambulabat in carne in terra, et conversabatur in coelo, Deus coeli et terrae non poterat esse et in coelo et in terra?

**Vae illis qui oderunt unitatem.**

**9.** Si ergo nemo, nisi ille, descendit et ascendit, quae spes est caeteris? Ea spes est caeteris, quia ille propterea descendit ut in illo et cum illo unus essent, qui per illum ascensuri essent. *Non dicit: Et seminibus,* ait Apostolus, *tamquam in multis; sed tamquam in uno: Et semini tuo, quod est Christus.* Et fidelibus ait: *Vos autem Christi; si autem Christi, ergo semen Abrahae estis.* Quod dixit unum, hoc dixit omnes nos esse. Ideo in Psalmis aliquando plures cantant, ut ostendatur quia de pluribus fit unus; aliquando unus cantat, ut ostendatur quid fiat de pluribus. Propterea unus sanabatur in illa piscina; et quisquis alius descendebat, non sanabatur. Ergo iste unus commendat unitatem Ecclesiae. Vae illis qui oderunt unitatem, et partes sibi faciunt in hominibus! Audiant illum qui volebat eos facere unum in uno ad unum: audiant illum dicentem: *Nolite vos facere multos: ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit: sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Illi dicebant: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephae.* Et ille: *Divisus est Christus? In uno estote, unum estote, unus estote:*

*Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit.*

Ecce volumus esse tui, dicebant Paulo.

<sup>16</sup> Gv 2, 19.

<sup>17</sup> Gv 3, 13-14. NCEI, al v. 13, omette la traduzione di "qui est in coelo", secondo VulgN; in italiano viene integrato secondo Vulg. Agostino cita anche poco prima la prima parte del primo versetto; è evidenziata in verde.

<sup>18</sup> At 20, 28 NCEI traduce: "lo Spirito Santo vi ha costituiti come custodi per essere pastori della Chiesa di Dio, che si è acquistata con il sangue del proprio Figlio."; ritengo opportuna una traduzione più strettamente letterale.

<sup>19</sup> Sal 46, 6 Vulg.: "Ascendit Deus in júbilo."; Sabatier in nota: "In Rom. vero, & Coislin. ita: *Ascendit Deus in jubilatione*, [...] Itidem in Mozarab. ut & ap. August. & Cassiod. detracto medio [...] Ambros. vero in Ps. 36. to. 1. 813. c. *in jubilatione*.".

<sup>20</sup> Ef 1, 22 NCEI traduce: "e lo ha dato alla Chiesa come capo su tutte le cose."; secondo VulgN; in italiano viene adeguato a Vulg.

<sup>21</sup> In realtà 1Cor 12, 27 NCEI traduce: "Ora voi siete corpo di Cristo e, ognuno secondo la propria parte, sue membra.", secondo VulgN. Secondo Vulg. suonerebbe: "membra da/unite a membro; tuttavia, siccome la differenza non mi sembra rilevante ai fini del commento. Adotto la traduzione NCEI.

quod est **Ecclesia**. Qui in seipso quidem, primum cernentibus apostolis, eminentioribus nimirum membris suis ascendit, et exinde in membris suis quotidie ascendens, se colligit in coelum. Hinc est enim quod ipsum corpus ejus inter adversa hujus saeculi deprehensum gloriatur, et dicit: *Nunc autem exaltavit caput meum super inimicos meos* (Psal. XXIX)<sup>22</sup>. Ac si aperte dicat: Qui occisum a Judaeis Christum, caput videlicet meum suscitavit a mortuis, ac frustratis omnibus inimicorum insidiis sublevavit in coelum, spero, me etiam de praesentibus periculis eruens, meo capiti junget in regno, quia *nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo*.

Quisquis in coelum ascendere desiderat, ei qui de coelo descendit, et est in coelo, se vera fidei et dilectionis **unitate** jungat. Aperte intelligens quia nullo alio ordine, nisi per eum qui descendit de coelo, potest ascendere in coelum. Unde alias ipse dicit: *Nemo venit ad Patrem nisi per me* (Joan. XIV).

Haec ideo in Nicodemo cunctis dicuntur catechumenis, ut discant ejus membris renascendo incorporari, per quem possint ascendere in regnum Dei.

Et quia ascensio vel ingressus regni fieri non potest absque fide et sacramentis dominicae passionis,

recte subinfertur:

*Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam.*<sup>23</sup>

Mira magisterii coelestis arte dominus magistrum legis mosaicae ad spiritualem legis ejusdem sensum inducit, recordans historiae veteris,

et hanc in figuram suae passionis, atque humanae salvationis factam edisserens. Narrat quippe liber Numerorum quia pertaesus in eremo populus Israel itineris longi ac laboris, murmuravit contra Dominum et Mosen (Num. XXIII)<sup>24</sup>; ideoque Dominus immiserit in illum ignitos serpentes, ad quorum plagas, et mortes plurimorum, cum clamarent ad Mosen, et ille oraret, jussit eum Dominus facere serpentem aeneum, et ponere pro signo. *Qui percussus*, inquit, *aspexerit eum, vivet*;<sup>25</sup> et ita factum est. Plagae igitur serpentum ignitorum venena sunt et incentiva vitiorum, quae animam, quam tangunt, spirituali morte perimunt.

Et bene murmurans contra Dominum populus serpentum morsibus sternebatur, ut ex ordine flagelli exterioris agnosceret quantam intus perniciem murmurando pateretur. Exaltatio autem serpentis aenei, quem dum percussi aspicerent sanabantur, passionem nostri Redemptoris signat in cruce, in cujus solum fide regnum mortis et peccati superatur.

Recte enim per serpentes peccata, quae animam simul et corpus ad interitum trahunt, exprimuntur, non solum quia igniti, quia virulenti, quia ad perimendum sunt astuti, verum etiam quia per serpentem primi parentes nostri ad peccandum persuasi (Genes. III), ac de immortalibus sunt peccando mortales effecti<sup>26</sup>.

Recte per serpentem aeneum Dominus ostenditur, quia venit in similitudinem carnis peccati (Rom. VIII)<sup>27</sup>, quia sicut aeneus serpens effigiem quidem ignitis serpentibus similem, sed nullum prorsus in suis membris habuit ardorem veneni nocentis,

quin potius percussos a serpentibus sua exaltatione sanabat,

sic nimirum, sic Redemptor humani generis non carnem peccati,

sed similitudinem induit carnis peccati,

in qua mortem crucis patiendo credentes in se ab omni peccato et ab ipsa etiam morte liberaret.

*Sicut ergo Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita*, inquit, *oportet exaltari Filium hominis*,

quia sicut illi qui exaltatum pro signo serpentem aeneum aspiciebant sanabantur ad tempus a temporaria morte, et a plaga quam serpentum morsus intulerat,

ita et qui mysterium dominicae passionis credendo, confitendo, sinceriter imitando aspiciunt, salvantur in perpetuum ab omni morte, quam peccando in anima pariter et carne contraxerunt. Unde recte subjungitur:

corpo, che è la Chiesa. Egli, di certo in se stesso, dapprima ascende alla vista degli apostoli, senza dubbio le sue membra più eminenti, e ascendendo poi quotidianamente nelle sue membra, si raccoglie in cielo. Di qui viene che il suo stesso corpo, preso fra le avversità di questo secolo, si glori, e dice: *E ora ha rialzato la mia testa sopra i miei nemici* (Sal 26, 6). Come se dicesse apertamente: Lui ha suscitato dai morti Cristo – vale a dire il mio capo - ucciso dai Giudei, e, rese vane tutte le insidie dei nemici, [lo] ha elevato in cielo, e spero che, strappandomi dai pericoli presenti, mi congiunga nel regno al mio capo, perché *nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo*. Chiunque desideri ascendere in cielo, si congiunga con vera unità di fede e di amore a colui che è disceso dal cielo, ed è in cielo. Comprendendo apertamente che in nessun altro modo può ascendere in cielo, se non per mezzo di chi è disceso dal cielo. Per cui altrove egli stesso dice: *Nessuno viene al Padre se non per mezzo di me* (Gv 14, 6). Dunque queste cose, in Nicodemo, sono dette a tutti i catecumeni, perché imparino che rinascendo sono incorporati nelle membra di colui per mezzo del quale possono ascendere nel regno di Dio. E poiché l’ascensione, ossia l’ingresso nel regno, non può avvenire senza la fede e i misteri della passione del Signore, rettamente aggiunge:

*E come Mosè innalzò il serpente nel deserto, così bisogna che sia innalzato il Figlio dell’uomo, perché chiunque crede in lui non perisca, ma abbia la vita eterna.*

Con la mirabile arte del magistero celeste il signore introduce il maestro della legge mosaica al senso spirituale della medesima legge, ricordando la storia vecchia, e illustrando nei dettagli come questa sia fatta a immagine della sua passione e della salvezza umana. Narra infatti il libro dei Numeri che, stanco nel deserto, il popolo di Israele mormorò contro il Signore e Mosè per il lungo viaggio e la fatica (Nm 21, 4); allora il Signore mandò fra il popolo serpenti brucianti, e poiché, a causa delle piaghe di quelli e della morte di moltissimi, gridarono a Mosè ed egli pregò, il Signore gli comandò di fare un serpente di bronzo, e di porlo come segno. *Chiunque sarà stato morso*, dice, *e lo guarderà, resterà in vita*; e così fu fatto. Le piaghe dei serpenti brucianti, dunque, sono i veleni e stimoli dei vizi, che distruggono l’anima, che toccano, con la morte spirituale. E opportunamente il popolo che mormorava contro il Signore era ricoperto dai morsi dei serpenti, così che dallo svolgersi del flagello esteriore riconoscesse quanta peste soffrisse interiormente col mormorare. L’innalzamento, poi, del serpente di bronzo che, quando i morsicati lo guardavano venivano sanati, significa la passione in croce del nostro Redentore, nella cui fede soltanto viene vinto il regno di morte e di peccato.

Giustamente, infatti, per serpenti si intendono i peccati, che traggono a morte simultaneamente l’anima e il corpo, non solo perché brucianti, perché virulenti, astuti nel condurre a morte, invero anche perché dal serpente i nostri primi genitori furono persuasi a peccare (Gn 3, 1-6), e da immortali, peccando, divennero mortali. Rettamente col serpente di bronzo è raffigurato il Signore, che venne *in una carne simile [a quella del] peccato* (Rm 8, 3), perché, come il serpente di bronzo ebbe un’effigie simile a un qualsiasi serpente bruciante, ma certo nelle sue membra non ebbe alcun ardore di veleno nocivo, così che piuttosto con la sua elevazione sanava coloro che erano colpiti dai serpenti, di certo così, [proprio] così il Redentore del genere umano non si rivestì della carne del peccato, ma di una carne simile a quella del peccato, nella quale, soffrendo la morte di croce, liberare i credenti in lui da ogni peccato e anche dalla stessa morte.

*E come dunque Mosè innalzò il serpente nel deserto, così*, dice, *bisogna che sia innalzato il Figlio dell’uomo*,

perché come quelli che guardavano il serpente di bronzo innalzato come segno erano sanati temporaneamente dalla morte temporale, e dalla piaga che il morso dei serpenti aveva inferito, così anche coloro che guardano il mistero della passione del Signore credendo, confessando, imitando con sincerità, sono salvati per sempre da ogni morte, che contrassero peccando nell’anima e parimenti nella carne. Per cui rettamente soggiunge:

Et ille: Nolo sitis Pauli, sed eius estote cuius est vobiscum Paulus.

**10.** Descendit enim et mortuus est, et ipsa morte liberavit nos a morte: morte occisus, mortem occidit. Et nostis, fratres, quia mors ista per diaboli invidiam intravit in mundum. *Deus mortem non fecit*, Scriptura loquitur; *nec laetatur*, inquit, *in perditione vivorum: creavit enim ut essent omnia*. Sed quid ibi ait? *Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum*. Ad mortem a diabolo propinatam non veniret homo vi adductus: non enim cogendi potentiam diabolus habebat, sed persuadendi versutiam. Non consentire, nihil invexerat diabolus: consensus tua, o homo, te perduxit ad mortem. **A mortali mortales nati, ex immortalibus mortales facti.** Ab Adam omnes homines mortales: Iesus autem Filius Dei, Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, unicus aequalis Patri, mortalis factus est; quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*.

**Absorpta est mors in Christi corpore.**

**11.** Ergo mortem suscepit, et mortem suspendit in cruce; et de ipsa morte liberantur mortales. Quod in figura factum est apud antiquos, commemorat illud Dominus:

*Et sicut, inquit: Moyses exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.*

Magnum sacramentum, et qui legerunt, noverunt. Deinde audiant vel qui non legerunt, vel qui forte lectum sive auditum oblitum sunt. Prosternebatur in eremo populus Israel morsibus serpentum, fiebat magna strages multorum mortuorum: *plaga enim Dei erat corripientis, et flagellantis, ut erudiret*. Demonstratum est ibi magnum sacramentum rei futurae, ipse Dominus testatur in hac lectione, ut nemo possit aliud interpretari quam quod ipsa veritas de se indicat. Dictum est enim ad Moysen a Domino ut faceret aeneum serpentem, et exaltaret in ligno in eremo, et admoneret populum Israel, ut si quis morsus esset a serpente, illum serpentem in ligno exaltatum attenderet. Factum est: mordebantur homines, intuebantur, et sanabantur. Quid sunt serpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors Domini in cruce. Quia enim a serpente mors, per serpentis effigiem figurata est. Morsus serpentis lethalis, mors Domini vitalis. Attenditur serpens, ut nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, ut nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitae: si dici potest: Mors vitae; imo quia dici potest, mirabiliter dicitur. Sed numquid non erit dicendum quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere quod Dominus pro me dignatus est facere? Nonne vita Christus? et tamen in cruce Christus. Nonne vita Christus? et tamen mortuus Christus. Sed in morte Christi mors mortua est; quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitae deglutivit mortem: absorpta est mors in Christi corpore. Sic et nos dicemus in resurrectione, quando iam triumphantes cantabimus: *Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* Interim modo, fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur; quia

*sicut Moyses, inquit, exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis;*

<sup>22</sup> In realtà Sal 26, 6 NCEI traduce: “E ora rialzo la testa sui nemici che mi circondano.”, secondo VulgN; in italiano adottato traduzione secondo Vulg.

<sup>23</sup> Gv 3, 14-15 NCEI traduce: “...perché chiunque crede in lui abbia la vita eterna.”, secondo VulgN; in italiano viene integrato secondo Vulg.

<sup>24</sup> In realtà Nm 21, 4-9.

<sup>25</sup> Tutto questo passo dipende da Nm 21, 4-9. In particolare 2 sono citazioni testuali: la prima all’inizio da 21, 6, e viene evidenziata in italiano con il corsivo; NCEI traduce: “Allora il Signore mandò fra il popolo serpenti brucianti i quali mordevano la gente, e un gran numero d’Israeliti morì.”, secondo VulgN; in italiano viene adottata traduzione conforme a Vulg. La seconda è alla fine, da 21, 8, già evidenziata in Beda con il corsivo.

<sup>26</sup> Sono parole riprese quasi alla lettera da una frase di Agostino presente in questo tractatus 12 alla fine del §10, evidenziata pari colore.

<sup>27</sup> Rm 8, 3. Essendo citazione testuale, in italiano viene evidenziata con il corsivo.



*Ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam.*

Cujus quidem verbi patet sensus, quia qui credit in Jesum, non solum perditionem evadit poenarum, sed vitam etiam percipit aeternam. Et hoc inter figuram distat et veritatem, quia per illam vita protelatur temporalis, per hanc vita donatur sine fine mansura. Sed curandum solerter est ut quod intellectus bene sentit operatio condigna perficiat, quatenus confessio rectae nostrae fidei sobrie conversando, ad perfectionem promissae nobis vitae mereatur attingere.

Verum, quia haec de Filio hominis dicuntur, quia exaltari in cruce, id est, mortem oportuit pati, ne putaret Nicodemus, filium tantum eum hominis esse, a quo vita esset exspectanda perpetua, curavit ei Dominus etiam divinitatis suae patefacere sacramentum, unumque et eundem et filium hominis et mundi ostendere Salvatore. Nam sequitur:

*Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.*<sup>28</sup> Unde notandum quod eadem de filio Dei unigenito replicat, quae de Filio hominis in cruce exaltato praemiseraat dicens: *Ut omnis qui credit in eum, non pereat,*

*sed habeat vitam aeternam.*<sup>29</sup> Quia profecto idem Redemptor et Conditor noster Filius Dei ante saecula existens, Filius hominis factus est in fine saeculorum, ut qui per divinitatis suae potentiam nos creaverat ad perfruendam vitae beatitudinem perennis, ipse per fragilitatem humanitatis nostrae nos restauraret ad recipiendam quam perdidimus vitam. Sequitur autem:

*Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*<sup>30</sup> Ergo, quantum in medico est, sanare venit aegrotum.

Se interemit, qui praecepta medici observare non vult.

Venit Salvator ad mundum. Quare Salvator dictus est mundi? Nisi ut salvet mundum, non ut iudicet mundum. Salvari non vis ab ipso?

Ex te iudicaberis. Et quid dicam, iudicaberis? Videte quid ait:

*Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit...*<sup>31</sup> Quid dicturum sperabas, nisi iudicatus? *iam*, inquit, *iudicatus est.*<sup>32</sup> Notandum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. *Novit enim Dominus, qui sunt ejus (II Tim. II)*<sup>33</sup>. Novit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam. Novit in area sua triticum suum, novit et paleam; novit et segetem, novit zizaniam.

*Iam iudicatus est, qui non credit.*<sup>34</sup> Quare iudicatus? quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei<sup>35</sup>.

*Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim mala opera eorum.*<sup>36</sup> Fratres mei, quorum opera bona invenit Dominus? Nullorum, omnia enim mala opera invenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, et venerunt ad lucem? Hoc enim sequitur:

*Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo facta sunt.*<sup>37</sup> Quomodo ergo quidam bonum opus fecerunt, ut venirent ad lucem, id est, ad Christum; et quomodo quidam dilexerunt tenebras, si omnes peccatores invenit, et omnes a peccato sanat? Et serpens ille, in quo figurata est mors Domini, eos sanabat qui morsi fuerant, et propter morsum serpentis erectus est serpens, id est, mors Domini propter mortales homines quos invenit injustos. Quomodo intelligitur hoc iudicium, quoniam lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum? Quid est enim hoc? Quorum enim erant bona opera?

Nonne venisti ut iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras quam lucem; ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua,

quia qui confitetur peccata sua, et accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat

*Perché chiunque crede in lui non perisca, ma abbia la vita eterna.*

Il senso di queste parole è chiaro, perché chi crede in Gesù, non solo evita la perdizione dei castighi, ma percepisce pure la vita eterna. E la differenza tra l'immagine e la verità è che per quella è protratta la vita temporale, per questa è donata una vita che rimane senza fine. Ma c'è da curare grandemente che ciò che l'intelletto comprende bene, una azione altrettanto degna lo compia, affinché la confessione della nostra retta fede, nel comportarsi sobriamente, meriti di attingere alla perfezione della vita promessaci. Invero - poiché viene detto ciò del Figlio dell'uomo: che dovesse essere innalzato in croce, cioè patire la morte - affinché Nicodemo non ritenesse che fosse soltanto figlio dell'uomo colui da cui si deve aspettare la vita perpetua, il Signore si curò di palesargli anche il mistero della sua divinità, e mostrare [che egli è] il solo e medesimo figlio dell'uomo e Salvatore del mondo. Infatti prosegue:

*Dio infatti ha tanto amato il mondo da dare il Figlio unigenito, perché chiunque crede in lui non vada perduto, ma abbia la vita eterna.* Dove c'è da notare che replica per il figlio unigenito di Dio le stesse cose che aveva appena detto del Figlio dell'uomo innalzato in croce, dicendo: *perché chiunque crede in lui non vada perduto, ma abbia la vita eterna.* Perché certamente il medesimo Redentore e Fattore nostro, Figlio di Dio che esiste prima dei secoli, diventa Figlio dell'uomo alla fine dei secoli; così che colui che con la potenza della sua divinità ha creato noi perché fruissimo della beatitudine di una vita perenne, proprio lui per mezzo della fragilità della nostra umanità ci restaurasse perché ricevessimo la vita che avevamp perso. Poi prosegue:

*Dio, infatti, non ha mandato il Figlio nel mondo per condannare il mondo, ma perché il mondo sia salvato per mezzo di lui.* Dunque, per quanto sta al medico, viene a sanare il malato. Si rovina da solo chi non vuole osservare le prescrizioni del medico. Il Salvatore è venuto nel mondo. Perché è detto Salvatore del mondo? Non per altro che perché salva il mondo, e non perché giudica il mondo. Non vuoi essere salvato da lui? Ti giudicherai da te stesso. E che dico: ti giudicherai? Guardate cosa dice:

*Chi crede in lui non è condannato; ma chi non crede....* Cosa speravi che dicesse, se non: [è] giudicato? è già, dice, *stato condannato.* Il giudizio va ancora reso pubblico, ma il giudizio è già avvenuto. *Il Signore* infatti *sa quelli che sono suoi* (2Tm 2, 19). Sa chi permarrà per la corona, e chi permarrà per il fuoco. Nella sua aia sa [qual è] il suo grano, sa anche la paglia; sa anche la messe, sa la zizzania.

*È già stato condannato, chi non crede.* Perché è stato giudicato? perché non ha creduto nel nome dell'unigenito Figlio di Dio.

*E il giudizio è questo: la luce è venuta nel mondo, ma gli uomini hanno amato più le tenebre che la luce, perché le loro opere erano malvagie.* Fratelli miei, di chi il Signore ha trovato opere buone? Di nessuno; ha trovato infatti solo opere cattive. Come, allora, taluni operarono la verità, e vennero alla luce? Così infatti prosegue:

*Invece chi fa la verità viene verso la luce, perché appaia chiaramente che le sue opere sono state fatte in Dio.* Come mai dunque alcuni hanno fatto un buon operato, così da venire alla luce, cioè a Cristo; e come mai alcuni hanno amato le tenebre, se ha trovato tutti peccatori, e tutti sana dal peccato? Anche quel serpente, in cui fu prefigurata la morte del Signore, sanava quanti erano stati morsi, e a causa dei morsi del serpente fu innalzato il serpente, cioè la morte del Signore a causa degli uomini mortali che aveva trovato peccatori. Come intendere questa affermazione: *la luce è venuta nel mondo, ma gli uomini hanno amato più le tenebre che la luce, perché le loro opere erano malvagie?* Cosa significa infatti? Di chi erano infatti le opere buone? Non sei forse venuto per giustificare gli empi? Ma hanno amato, dice, *più le tenebre che la luce;* questo ha messo in risalto. Molti infatti hanno amato i loro peccati,

perché chi confessa i propri peccati, e condanna i propri peccati, ha già a che fare con

*ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.*

Quomodo qui intuebantur illum serpentem, non peribant morsibus serpentum; sic qui intuentur fide mortem Christi, sanantur a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur a morte ad vitam temporalem: hic autem ait, *ut habeant vitam aeternam.* Hoc enim interest inter figuratam imaginem et rem ipsam: figura praestabat vitam temporalem; res ipsa cuius illa figura erat, praestat vitam aeternam.

**12.** *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Ergo quantum in medico est, sanare venit aegrotum.

Ipse se interimit, qui praecepta medici observare non vult.

Venit Salvator ad mundum: quare Salvator dictus est mundi, nisi ut salvet mundum, non ut iudicet mundum? Salvari non vis ab ipso;

ex te iudicaberis. Et quid dicam, iudicaberis? Vide quid ait:

*Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit:* quid dicturum speras nisi, *iudicatur? iam*, inquit, *iudicatus est.* **Nondum** apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. *Novit enim Dominus qui sunt eius:*

novit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam; novit in area sua triticum, novit paleam; novit segetem, novit zizania.

Iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus? *Quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei.*

**Dele quod fecisti, ut Deus salvet quod fecit.**

**13.** *Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum.* Fratres mei, quorum opera bona invenit Dominus? Nullorum: **omnium** mala opera invenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, et venerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur:

*Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.* Quomodo quidam opus bonum fecerunt, ut venirent ad lucem, id est ad Christum? et quomodo quidam dilexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores invenit, et omnes a peccato sanat, et serpens ille in quo figurata est mors Domini, eos sanat qui morsi fuerant, et propter morsum serpentis erectus est serpens, id est mors Domini, propter mortales homines, quos invenit iniustos; quomodo intellegitur: *Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum?* Quid est hoc? quorum enim erant bona opera?

Nonne venisti ut iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, *tenebras magis quam lucem.* Ibi posuit vim: multi enim dilexerunt peccata sua, multi confessi sunt peccata sua:

quia qui confitetur peccata sua, et accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat

<sup>28</sup> Gv 3, 16.

<sup>29</sup> Gv 3, 15. Per i problemi riguardanti testo e traduzione si veda la nota poco sopra.

<sup>30</sup> Gv 3, 17.

<sup>31</sup> Gv 3, 18.

<sup>32</sup> Gv 3, 18.

<sup>33</sup> 2Tm 2, 19 Vulg.: "Cognovit Dominus, qui sunt eius,." NCEI traduce: "Il Signore conosce quelli che sono suoi,;" l'italiano viene adeguato al testo.

<sup>34</sup> Gv 3, 18 Vulg.: "qui autem non credit, iam iudicatus est:."

<sup>35</sup> Anche questa è citazione testuale di Gv 3, 18 Vulg.: "quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei,;" VL: "quia non credidit ..."; in italiano viene evidenziato con il corsivo.

<sup>36</sup> Gv 3, 19.

<sup>37</sup> Gv 3, 21.

Deus peccata tua; si et tu accusas, conjungeris Deo. Quasi duae res sunt, homo, et peccator. Quod audis homo, Deus fecit; quod audis, peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, ut Deus salvet quod fecit. Oportet ut oderis in te opus unum, et ames in te opus Dei. Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium bonorum operum confessio est operum malorum. Facis veritatem, et venis ad lucem. Quid est, facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non te adulas. Non dicis, Justus sum, cum sis iniquus, et incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem, ut manifestentur opera tua, quia in Deo facta sunt: quia et hoc ipsum, quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, et ejus veritas te tibi ostenderet. Sed qui etiam admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem, et fugit eam, ut non arguantur opera ejus mala, quae diligit. Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua; non sibi parcat, non sibi ignoscit, ut Deus ignoscat;

ipse agnoscit, et venit ad lucem: cui gratias agit, quod ille, quid in se odisset ostenderet; dicit Domino: *Averte faciem tuam a peccatis meis (Psal. I.)*<sup>38</sup>. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat: *quoniam facinus meum ego agnosco, et peccatum meum contra me est semper (Ibid.)*.

Si autem post te feceris peccatum tuum, retorquet tibi illud Deus ante oculos tuos; et tunc retorquet, quando jam poenitentiae fructus nullus erit. Currite, ne tenebrae vos comprehendant.<sup>39</sup> Sequitur autem:

Dio. Dio condanna i tuoi peccati; se anche tu li condanni, ti congiungi a Dio. Sono quasi due realtà: l'uomo, e il peccatore. Quando senti uomo, lo ha fatto Dio; quando senti peccatore lo ha fatto l'uomo stesso. Distruggi ciò che hai fatto, affinché Dio salvi ciò che ha fatto. È necessario che tu detesti in te una sola opera, e ami in te l'opera di Dio. Quando poi comincia a dispiacerti ciò che hai fatto, allora cominciano le tue opere buone, perché condanni le tue opere cattive. Inizio delle opere buone è la confessione delle opere cattive. Fai verità, e vieni alla luce. Cosa significa: fai verità? Non lusinghi te stesso, non ti blandisci, non ti aduli. Non dici: Sono giusto, mentre sei iniquo, e cominci a fare verità. Allora vieni alla luce, affinché siano manifestate le tue opere, perché sono state fatte in Dio: perché anche il tuo stesso peccato, che ti è dispiaciuto, non ti sarebbe dispiaciuto, se Dio non ti avesse illuminato, e la sua verità non ti avesse manifestato a te stesso. Ma chi, seppur redarguito, ama i propri peccati, odia la luce che lo redarguisce, e la fugge, affinché non gli vengano rinfacciate le sue opere cattive che ama. Chi, invece, fa verità, condanna in se stesso le sue azioni cattive; non si risparmi, non si perdona, affinché Dio gli perdoni;

egli stesso riconosce, e viene alla luce: a lui rende grazie, per avergli mostrato cosa dovesse odiare in se stesso; dice al Signore: *Distogli lo sguardo dai miei peccati (Sal 50, 11)*. Ma con che faccia lo dice, se non dicesse pure: *Si, le mie iniquità io le riconosco, il mio peccato mi sta sempre dinanzi.* (ibid. 50, 5).

Se invece avrai fatto il tuo peccato di nascosto, Dio te lo rimetterà davanti agli occhi; e te lo rimetterà davanti agli occhi allorquando il frutto del pentimento sarà nullo. Correte, *perché le tenebrae non vi sorprendano.* Poi prosegue:

Deus peccata tua: si et tu accusas, coniungeris Deo. Quasi duae res sunt, homo et peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, ut Deus salvet quod fecit. Oportet ut oderis in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, confessio est operum malorum. Facis veritatem, et venis ad lucem. Quid est: Facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non te adulas; non dicis: Iustus sum, cum sis iniquus, et incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem ut manifestentur opera tua, quia in Deo sunt facta; quia et hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, et ejus veritas tibi ostenderet. Sed qui et admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem et fugit eam, ut non arguantur opera eius mala quae diligit.

Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua; non sibi parcat, non sibi ignoscit, ut Deus ignoscat; quia quod vult ut Deus ignoscat, ipse agnoscit, et venit ad lucem; cui gratias agit, quod illi quid in se odisset ostenderit. Dicit Deo: *Averte faciem tuam a peccatis meis:* et qua fronte dicit, nisi iterum dicat: *Quoniam facinus meum ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper?*

Sit ante te quod non vis esse ante Deum. Si autem post te feceris peccatum tuum, retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos; et tunc retorquet, quando iam poenitentiae fructus nullus erit.

**14.** Currite, ne tenebrae vos comprehendant, fratres mei: evigilate ad salutem vestram, evigilate dum tempus est; nullus retardetur a templo Dei, nullus retardetur ab opere Domini, nullus avocetur ab oratione continua, nullus a solita devotione fraudetur. Evigilate ergo cum dies est: lucet dies, Christus est dies. Paratus est ignoscere, sed agnoscentibus; punire autem defendentes se, et iustos se iactantes, et putantes se esse aliquid, cum nihil sint. In dilectione autem eius et in misericordia eius qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus et grandibus peccatis, qualia sunt facinora, homicidia, furta, adulteria; propter illa quae minuta videntur esse peccata linguae, aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit veritatem confessionis, et venit ad lucem in operibus bonis: quoniam minuta plura peccata si neglegantur, occidunt. Minutae sunt guttae quae flumina implent: minuta sunt grana arenae; sed si multa arena imponatur, premit atque opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens: paulatim per sentinam intrat; sed diu intrando et non exhauriendo, mergit navim. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere ne obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo? Iter autem huius saeculi molestum est, plenum est tentationibus; in rebus prosperis ne extollat, in rebus adversis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem huius saeculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursus qui te flagellat in isto saeculo, ad emendationem, non ad damnationem facit. Fertio patrem erudientem, ne sentias iudicem punientem. Haec quotidie dicimus vobis, et saepe dicenda sunt, quia bona et salutaria sunt.

## TRACTATUS XIII

*Qui habet sponsam, sponsus est (Io 3, 22-29).*

Omnis ecclesia virgo appellata est. Quae est virginitas? Integra fides, solida spes, sincera caritas. O tu, virgo, si Sponso servas virginitatem tuam, quare curris ad eum qui dicit: ego baptizo, cum amicus sponsi tui dicat: Hic est qui baptizat? Deinde sponsus tuus totum orbem tenet; quare tu in parte corrumperis?

**I.** Ordo lectionis evangelicae secundum Ioannem, sicut potestis meminisse, qui curam geritis profectus vestri, ita sequitur, ut haec quae modo lecta est, hodie nobis tractanda proponatur. Ab ipso principio usque ad hodiernam lectionem, quae supra dicta sunt, meministis iam esse tractata. Et si forte inde multa estis oblitae, certe vel officium nostrum manet in vestra memoria. Quae hinc audieritis de baptismo Ioannis, etsi non tenetis omnia, audisse vos tamen credo quod teneatis: quae dicta sunt etiam, quare Spiritus sanctus in columbae specie apparuerit; et quomodo illa nodosissima quaestio soluta sit, quia nescio quid quod non noverat, didicit Ioannes in Domino per columbam, cum iam eum nosset, quando venienti ut baptizaretur, ait: *Ego a te debeo baptizari, et*

<sup>38</sup> In realtà Sal 50, 11 Vulg.: “Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper.”; Sabatier in nota: “Aug. [...] at in Ps. 44. p. 390. g. *Facinus meum ego agnosco*.”.

<sup>39</sup> È citazione testuale di Gv 12, 35 Vulg.: “ut non vos tenebrae comprehendant.”.



Post haec venit Iesus et discipuli ejus in Iudaeam terram; et illic demorabatur cum eis, et illic baptizabat.<sup>40</sup> Baptizatus baptizat, non eo baptisate baptizat quo est baptizatus: dat baptismum Dominus baptizatus a servo,

Dopo queste cose, Gesù andò con i suoi discepoli nella regione della Giudea, e là si tratteneva con loro, e battezzava. Il battezzato battezza; non battezza con quel battesimo con cui è stato battezzato; Il Signore, battezzato dal servo, dà il battesimo

tu venis ad me? Quando ei Dominus respondit: *Sine modo, ut impleatur omnis iustitia.*  
2. Nunc ergo ad eundem Ioannem cogit nos ordo lectionis reverti. Ipse est ille qui prophetatus est per Isaiaem: *Vox clamantis in eremo: Parate viam Domino, rectas facite semitas eius.* Tale testimonium reddidit Domino suo, et (quia ille dignatus est) amico suo: Dominusque ipsius et amicus ipsius perhibuit et ipse testimonium Ioanni. Dixit enim de Ioanne: *In natis mulierum non exsurrexit maior Ioanne Baptista.* Sed quia illi se praeposuit, in hoc quod plus erat Ioanne, Deus erat. *Qui autem minor est, inquit, in regno coelorum, maior est illo.* Minor nativitate, maior potestate, maior divinitate, maiestate, claritate: tamquam *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Sic autem perhibuerat in superioribus lectionibus Ioannes Domino testimonium, ut Filium Dei quidem diceret, Deum non diceret, nec tamen negaret: tacuerat Deum, non negaverat Deum, sed non omnino tacuit Deum: fortassis enim invenimus hoc in hodierna lectione. Dixerat Filium Dei: sed dicti sunt et homines filii Dei. Dixerat tantae excellentiae illum fuisse, ut non esset ipse **dignus corrigiam calceamenti eius solvere.** Iam magnitudo ista multum dat intellegi, cuius non erat **dignus corrigiam calceamenti solvere,** ille quo nemo surrexerat maior in natis mulierum. Plus enim erat omnibus hominibus et Angelis. Nam angelum invenimus prohibuisse, ne homo illi ad pedes caderet. Cum enim quaedam in Apocalypsi Angelus ostenderet Ioanni, qui scripsit hoc Evangelium, conterritus magnitudine visionis Ioannes cecidit ad pedes Angeli. Et ille: *Surge, vide ne feceris hoc; Deum adora nam ego conservus tuus sum et fratrum tuorum.* Cadere ergo sibi ad pedes hominem angelus prohibuit. Nonne manifestum est quia super omnes Angelos est, cui talis homo, quo maior nemo surrexit in natis mulierum, dicit **indignum se esse solvere corrigiam calceamenti?**

#### **Contra eos qui putant Christum in Africa sola regnare.**

3. Tamen aliquid evidentius dicat Ioannes, quia Deus est Dominus noster Iesus Christus. Inveniamus hoc in praesenti lectione, quia forte et de illo cantavimus: *Regnavit Deus super omnem terram:* contra quod surdi sunt, qui putant eum in Africa sola regnare. Non enim non dictum est de Christo, cum dictum est: *Regnavit Deus super omnem terram.* Quis est enim alius rex noster, nisi Dominus noster Iesus Christus? Ipse est rex noster. Et quid audistis in ipso Psalmo, recenti versu modo cantato? *Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.* Quem dixit Deum, ipsum dixit regem nostrum: *Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite intellegenter.* Ne in una parte velis intellegere cui psallis: **Quoniam rex omnis terrae Deus<sup>59</sup>.** Et quomodo est omnis terrae rex, qui visus est in una parte terrarum, in Ierosolyma, in Iudaea, ambulans inter homines, natus, sugens, crescens, manducans, bibens, vigilans, dormiens, fatigatus ad puteum sedens, comprehensus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, ligno suspensus, lancea percussus, mortuus, sepultus? quomodo ergo **rex omnis terrae?** Quod videbatur in loco, caro erat: oculis carneis caro apparebat; in carne mortali maiestas immortalis occultabatur. Et quibus oculis maiestas immortalis penetrata compage carnis poterit intueri? Est alius oculus, est interior oculus. Non enim nullos oculos habebat et Tobias, quando caecus oculis corporeis filio dabat praecepta vitae. Ille patri manum tenebat, ut pedibus ambularet: ille filio consilium dabat, ut viam iustitiae teneret. Et hac oculos video, et hac oculos intellego. Et meliores oculi dantis vitae consilium, quam oculi tenentis manum. Tales oculos quaerebat et Iesus, quando ait Philippo: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me?* Tales oculos quaerebat, cum ait: *Philippe, qui videt me, videt et Patrem.* Isti oculi in intellegentia sunt, isti oculi in mente sunt. Ideo cum dixisset Psalmus: **Quoniam rex omnis terrae Deus;** subiecit statim: **Psallite intellegenter.** Quod enim dico: **Psallite Deo nostro, psallite;** Deum dico regem nostrum. Sed regem nostrum inter homines vidistis tamquam hominem, vidistis passum, crucifixum, mortuum: latebat aliquid in illa carne quam oculis carneis videre potuistis. Quid ibi latebat? **Psallite intellegenter;** nolite oculis quaerere quod mente conspicitur. **Psallite lingua,** quia inter vos caro; sed quia **Verbum caro factum est, et habitavit in nobis,** reddite sonum carni, reddite Deo mentis obtutum. **Psallite intellegenter,** et videtis quia **Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.**

#### 4. Dicat et Ioannes testimonium:

Post haec venit Iesus et discipuli eius in Iudaeam terram, et illic demorabatur cum eis, et baptizabat. Baptizatus baptizabat. Non eo baptismo baptizabat quo baptizatus est. Dat baptismum Dominus baptizatus a servo,

<sup>40</sup> Gv 3, 22.

<sup>59</sup> Beda cita questo stesso versetto del Sal 46 sempre in questa sezione del commento, in corrispondenza della fine del §11 di questo tractatus 13; Agostino lo riprende anche ai § 13 e 14 di questo stesso tractatus. Evidenziati pari colore.

ostendens humilitatis viam, et perducens ad baptismum Domini, hoc est, baptismum suum, re praebendo humilitatis exemplum, quia ipse non respuit baptismum servi; et baptismo servi via praeparabatur Domino, et baptizatus est Dominus, viam se fecit ad se venientibus, ipsum audiamus. *Ego sum via, veritas et vita* (Joan. XIV). Si veritatem quaeris, viam tene; nam ipse est veritas, qui est via.

Audiamus Joannem: *Baptizabat Jesus*: Diximus quia *baptizat Jesus*, quomodo Jesus, quomodo Dominus, quomodo Dei Filius, quomodo Verbum. Sed Verbum caro factum est<sup>41</sup>.

*Erat autem Joannes baptizans in Enon juxta Salim.*<sup>42</sup>

Locus quid est, ex nomine intelligitur, quia aquae multae erant ibi.<sup>43</sup>

Enon juxta Salim locus est, ubi baptizabat Joannes; et ostenditur nunc usque locus in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem juxta Salim et Jordanem.

*Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.*<sup>44</sup>

Quare baptizat Joannes? quia oportebat ut baptizaretur Dominus. Quare oportebat ut Dominus baptizaretur?

Ne aliquis, magna licet praeditus gratia, vel potestate, contemneret baptizari. Ipse

mostrando la via dell'umiltà e che conduce al battesimo del Signore, cioè il suo battesimo, offrendo con ciò un esempio di umiltà, perché egli non rifiuta il battesimo del servo; e col battesimo del servo veniva preparata la via al Signore, e, una volta battezzato, il Signore si fece via per coloro che venivano a lui. Ascoltiamolo: *Io sono la via, la verità e la vita* (Gv 14, 6). Se cerchi la verità tieni la via; infatti egli è la verità, lui che è la via.

Ascoltiamo Giovanni: *Gesù battezzava*. Abbiamo detto che Gesù battezza, come Gesù, come Signore, come Figlio di Dio, come Verbo. Ma *il Verbo si fece carne*.

*Anche Giovanni battezzava a Ennòn, vicino a Salim.*

Di che luogo si tratti

lo si capisce dal nome, *perché là c'era molta acqua*.

Ennòn è un luogo presso Salim, dove battezza Giovanni; e il luogo è indicato sino ad ora nell'ottava pietra di Scitopoli a mezzogiorno presso Salim e il Giordano.

*Giovanni, infatti, non era ancora stato gettato in prigione.*

Perché Giovanni battezza? perché era necessario affinché fosse battezzato il Signore. Perché bisognava che il Signore fosse battezzato?

Affinché qualcuno, sia pure dotato di grande grazia, o potere, non disprezzasse di

ostendens humilitatis viam, et perducens ad baptismum Domini, hoc est baptismum suum, praebendo humilitatis exemplum, quia ipse non respuit baptismum servi. Et in baptismo servi via praeparabatur Domino, et baptizatus Dominus viam se fecit venientibus. Ipsum audiamus: *Ego sum via, veritas et vita*. Si veritatem quaeris, viam tene: nam ipsa est via quae est veritas.

Ipsa est quo is, ipsa est qua is; non per aliud is ad aliud, non per aliud venis ad Christum: per Christum ad Christum venis. Quomodo per Christum ad Christum? Per Christum hominem ad Christum Deum: per Verbum carnem factum, ad Verbum quod in principio erat Deus apud Deum; ab eo quod manducavit homo, ad illud quod quotidie manducant Angeli. Sic enim scriptum est: *Panem coeli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo*. Quis est panis Angelorum? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Quomodo panem Angelorum manducavit homo? *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*.

**Deus tibi totum est.**

5. Sed quia diximus manducare Angelos, fratres, ne putetis morsibus fieri. Nam si hoc intellexeritis, quasi dilaniatur Deus quem manducant Angeli. Quis dilaniat iustitiam? Sed rursus mihi aliquis dicit: Et quis est qui manducat iustitiam? Unde ergo: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur?* Cibus quem manducas per carnem, ut reficiaris tu, ille deficit; ut reparet te, consumitur: manduca iustitiam, et tu reficeris, et illa integra perseverat. Quomodo videndo istam lucem corporea reficiuntur isti oculi nostri, et res est corporea quae videtur oculis corporeis. Multi enim cum fuerint diutius in tenebris, infirmatur acies ipsorum, quasi ieiunio lucis. Fraudati oculi cibo suo (luce quippe pascuntur), defatigantur ieiunio et debilitantur, ita ut ipsam lucem qua reficiuntur, videre non possint: et si diutius abfuerit, exstinguuntur, et tamquam moritur in eis ipsa acies lucis. Quid ergo? quia tot oculi quotidie ista luce pascuntur, minor fit? Et illi reficiuntur, et ipsa integra permanet. Si hoc potuit Deus de luce corporea corporeis oculis exhibere; non exhibet mundis cordibus lucem illam infatigabilem, integram perseverantem, nulla ex parte deficientem? Quam lucem? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum*. Videamus si lux est. *Quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen*. In terra aliud est fons, aliud lumen. Sitiens quaeris fontem, et ut pervenias ad fontem, quaeris lucem: et si dies non est, accendis lucernam, ut ad fontem pervenias. Fons ille, ipsa est lux; sitiens fons est, caeco lux est: aperiantur oculi ut videant lucem, aperiantur fauces cordis ut bibant fontem; quod bibis, hoc vides, hoc audis. Totum tibi fit Deus; quia horum quae diligis, totum tibi est. Si visibilia attendis, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux ista est Deus, nec vestis est Deus, nec domus est Deus. Omnia enim haec visibilia sunt, et singula sunt: quod est panis, non hoc est aqua; et quod est vestis, non hoc est domus; et quod sunt ista, non hoc est Deus: visibilia enim sunt. Deus tibi totum est: si esuris, panis tibi est; si sitis, aqua tibi est; si in tenebris es, lumen tibi est, quia incorruptibilis manet; si nudus es, immortalitatis vestis tibi est, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia possunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo. Nihil latius hac inopia. Quaeris congruum nomen, non invenis; quaeris quoquo modo dicere, omnia invenis. Quid simile, agnus et leo? De Christo utrumque dictum est: *Ecce agnus Dei*. Quomodo leo? *Vicit leo de tribu Iuda*.

6. Audiamus Ioannem: *Baptizabat Iesus*. Diximus quia baptizabat Iesus. Quomodo Iesus? quomodo Dominus? quomodo Dei Filius? quomodo Verbum? Sed Verbum caro factum est.

*Erat autem et Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim.*

Lacus quidam Aenon. Unde intellegitur quia lacus erat? *Quia aquae multae erant ibi, et veniebant, et baptizabantur.*

*Nondum enim missus erat in carcerem Ioannes.*

Si meministis (ecce iterum dico), dixi quare baptizabat Ioannes: quia oportebat ut Dominus baptizaretur. Et quare oportebat ut Dominus baptizaretur?

Quia multi contempturi erant Baptismum, eo quod iam maiore gratia praediti

<sup>41</sup> È citazione di Gv 1, 14. In italiano viene evidenziato col corsivo.

<sup>42</sup> Gv 3, 23.

<sup>43</sup> In realtà anche questa è citazione di Gv 3, 23; pertanto in italiano viene evidenziato col corsivo.

<sup>44</sup> Gv 3, 24.

Dominus non contempsit baptismi sacramentum, quamvis in illo non esset quod mundaretur in baptismo, qui nullum habuit peccatum, quod dimitteretur in baptismi lavacro. Baptizatus est Dominus a servo, ne servus Domini baptismum contemneret. *Nondum enim missus fuerat in carcerem Joannes.* Ideo hoc dicit evangelista, ut intelligeretur haec miracula, quae ante posuit, primo anno doctrinae Domini nostri Jesu Christi, quae incipiebat a baptismo suo, acta esse: cujus anni gesta maxime alios intellexerit evangelista facere.

*Facta est autem quaestio ex discipulis Joannis cum Judaeis de purificatione.*<sup>45</sup>

Celantes enim discipuli Joannis magistrum, quia plures audiebant concurrere ad baptismum Christi, et praeferre Judaeos baptismo Joannis baptismum Christi, novissime venerunt ad ipsum Joannem ut solveret quaestionem quam habuerant cum Judaeis de discretione inter baptismum Christi et baptismum illius.

*Et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem,*

*ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.*<sup>46</sup>

Quasi indignantes quod plures venissent ad baptismum Christi, dixerunt: Omnes veniunt ad eum, et te dimittunt. Tuo baptismo baptizatus est ille, ad cujus baptismum omnes modo concurrunt.

*Respondit, et dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit illi datum de coelo.*

*Vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus.*<sup>47</sup>

essere battezzato. Il Signore stesso non dispregiò il sacramento del battesimo, benché in lui non ci fosse di che essere mondato nel battesimo, lui che non ebbe alcun peccato da abbandonare nel lavacro del battesimo. Il Signore è battezzato dal servo, perché il servo non dispregi il battesimo del Signore. *Giovanni, infatti, non era ancora stato gettato in prigione.* Pertanto l'evangelista dice ciò affinché si capisca che questi miracoli, che aveva posto prima, furono compiuti nel primo anno dell'insegnamento di nostro Signore Gesù Cristo, che aveva inizio dal suo battesimo: l'evangelista aveva voluto intendere che i fatti di quell'anno li fanno soprattutto altri.

*Nacque allora una discussione tra i discepoli di Giovanni e i Giudei riguardo alla purificazione rituale.*

Infatti i discepoli di Giovanni tenevano all'oscuro il maestro, poiché sentivano che molti accorrevano al battesimo di Cristo, e che i Giudei preferivano il battesimo di Cristo al battesimo di Giovanni, alla fine vennero allo stesso Giovanni perché sciogliesse la questione che avevano avuto coi Giudei a proposito della differenza fra il battesimo di Cristo e il suo battesimo.

*E gli dissero: «Rabbi, colui che era con te dall'altra parte del Giordano, [...]».*

*«ecco, sta battezzando e tutti accorrono a lui».*

Quasi sdegnandosi che molti venissero al battesimo di Cristo, dissero: Tutti vengono a lui, e ti lasciano. Egli è stato battezzato col tuo battesimo; ora tutti accorrono al suo battesimo.

*Rispose: Nessuno può prendersi qualcosa se non gli è stata data dal cielo.*

*Voi stessi mi siete testimoni che io ho detto: «Non sono io il Cristo».*

viderentur, quam viderent alios fideles. Verbi gratia, iam continenter vivens catechumenus, contemneret coniugatum, et diceret se meliorem quam ille sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo: Quid mihi opus est Baptismum accipere, ut hoc habeam quod et iste, quo iam melior sum? Ne ergo cervix ista praecipitaret quosdam de meritis iustitiae suae plurimum elatos, baptizari voluit Dominus a servo; tamquam alloquens filios capitales: Quid vos extollitis? quid erigitis, quia habetis, ille prudentiam, ille doctrinam, ille castitatem, ille fortitudinem patientiae? Numquid tantum habere potestis, quantum ego qui dedi? Et tamen ego baptizatus sum a servo, vos dedignamini a Domino. Hoc est: *Ut impleatur omnis iustitia.*

7. Sed dicet aliquis: Sufficiebat ergo ut baptizaret Dominum Ioannes; quid opus erat ut alii baptizarentur a Ioanne? Et hoc diximus, quia si solus Dominus baptizaretur a Ioanne, non deesset ista cogitatio hominibus, quod meliorem habebat baptismum Ioannes quam Dominus. Dicerent enim: Usque adeo magnus erat baptismus quem habuit Ioannes, ut solus Christus illo fuerit dignus baptizari. Ergo ut ostenderetur melior baptismus quem daturus erat Dominus, et ille tamquam servi intellegeretur, ille tamquam Domini, baptizatus est Dominus, ut praeberet humilitatis exemplum: non solus autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioannis melior baptismo Domini videretur. Ad hoc autem viam praebuit Dominus noster Iesus Christus, sicut audistis, fratres, ne quis arrogans quod habeat abundantiam alicuius gratiae, dedignetur baptizari baptismum Domini. Quantumcumque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad Baptismum. Quomodo non caruit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum; sic pressura peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi venerit.

**Fons numquam sitit.**

8. *Facta est ergo quaestio ex discipulis Joannis cum Iudaeis de purificatione.*

Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus: moti sunt discipuli Joannis; concurrebatur ad Christum, veniebatur ad Ioannem. Qui enim veniebant ad Ioannem, mittebat illos ad Iesum baptizari; non mittebantur ad Ioannem, qui a Christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli Joannis, et coeperunt quaestionem tractare cum Iudaeis, quomodo solet fieri. Intellegas dixisse Iudaeos maiorem esse Christum, et ad eius baptismum debere concurrere. Illi nondum intellegentes, defendebant baptismum Ioannis. Ventum est ad ipsum Ioannem, ut solveret quaestionem. Intellegat Caritas vestra. Et hic utilitas ipsa humilitatis agnoscitur, et ostenditur utrum in ipsa quaestione cum errarent homines, gloriari apud se voluerit Ioannes. Fortasse enim dixit: Verum dicitis, recte contenditis, baptismus meus est melior. Nam ut noveritis quod baptismus meus est melior, ipsum Christum ego baptizavi. Poterat hoc dicere Ioannes, baptizato Christo. Quantum, se si vellet extendere, habebat ubi se extenderet? Sed melius noverat apud quem se humiliaret: quem se noverat nascendo antecedere, illi voluit confitendo cedere; salutem suam intellegebat in Christo esse. Iam dixerat superius: *Nos omnes de plenitudine eius accepimus:* Et hoc confiteri Deum est. Quomodo enim omnes homines de plenitudine eius accipiunt, nisi ille sit Deus? Nam si sic ille homo ut non Deus, de plenitudine Dei accipit etiam ipse, et sic non Deus est. Si autem omnes homines de plenitudine eius accipiunt, ille est fons, illi bibentes. Qui bibunt fontem, et sitire possunt et bibere; fons nunquam sitit, fons se ipso non eget. Fonte egent homines; aridis visceribus, aridis faucibus currunt ad fontem ut reficiantur: fons fluit ut reficiat; ita Dominus Iesus

9. *Videamus ergo quid responderit Ioannes: Venerunt ad Ioannem,*

*et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem,*

*cui tu testimonium perhibuisti,*

*ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad illum:*

*hoc est: Quid dicis? non sunt prohibendi, ut ad te potius veniant?*

*Respondit, et dixit: Non potest homo quidquam accipere, nisi ei datum fuerit de coelo. De quo putatis hoc dixisse Ioannem? De seipso: Quasi homo accepi, ait, de coelo. Intendat Caritas vestra. Non potest homo quidquam accipere, nisi fuerit ei datum de coelo.*

*Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Ego non sum Christus.*

<sup>45</sup> Gv 3, 25. NCEI traduce: "Nacque allora una discussione tra i discepoli di Giovanni e un Giudeo riguardo alla purificazione rituale.", secondo VulgN; in italiano viene adeguata a Vulg.

<sup>46</sup> Gv 3, 26 Vulg.: "et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum."

<sup>47</sup> Gv 3, 27-28 Vulg.: "Respondit Ioannes, et dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de coelo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus:". Ho mantenuto la traduzione NCEI, ma, qui forse, sarebbe più incisivo tradurre: "L'uomo non può prendere alcunché, ...".



Si meo **testimonio** creditis, scitote **me non esse Christum**, sed illum illius baptismum esse, in quo remissio est peccatorum, et Spiritus sanctus datur, non meum: in quo tantummodo poenitentia dabatur, et fides in eum, de quo querimoniam nunc habetis.

*Non potest homo **aliquid** accipere, nisi fuerit illi datum de coelo.*

Praeco sum, ille iudex. Ergo servus, ille Dominus. Ille sponsus, ego amicus sponsi. Illum oportet crescere, me autem minui.<sup>48</sup> Veniebam illi viam parare<sup>49</sup>, non me exaltare. *Ego vox clamantis*<sup>50</sup> ille verbum Patris. *Qui post me venit, ante me factus est*, id est, dignitate mihi praelatus est.

**Cujus ego non sum dignus corrigiam calceamenti ejus solvere.**<sup>51</sup>

Id est, nativitatis illius qua ex Virgine natus venit in mundum, enarrare mysterium. Audistis testimonium meum, credite testimonio meo, concurrite ad illum, in cuius baptismo est remissio peccatorum. **Iste Joannes tantae auctoritatis habebatur, ut a populo Christus putaretur; sed ille falsum respuit honorem, ut solidam posset habere veritatem.**

Noluit de se jactare quod non fuit, ne sine eo esset qui semper fuit.

*Qui habet sponsam, sponsus est.*<sup>52</sup>

Ego non sum sponsus. Sed quid sum? **Amicus sponsi, gaudens in vocem illius qui est sponsus,**<sup>53</sup>

Se credete alla mia testimonianza, sappiate che io non sono Cristo, ma che il battesimo in cui c'è la remissione dei peccati, ed è dato lo Spirito santo, è quello suo, non mio; nel quale era data soltanto la penitenza, e la fede in lui, di cui ora vi lamentate.

*Nessuno può prendersi qualcosa se non gli è stata data dal cielo.*

Io sono l'araldo, lui il giudice. Dunque io servo, lui Signore. Lui sposo, io amico dello sposo. *Lui deve crescere; io, invece, diminuire.* Sono venuto a preparargli la strada, non per esltarmi. *Io sono voce di uno che grida*, lui il verbo del Padre. *Colui che viene dopo di me è avanti a me, perché era prima di me*, cioè per dignità mi sopravanza.

**A lui io non sono degno di slegare il laccio del sandalo.**

Cioè: di narrare il mistero della sua nascita grazie alla quale è venuto al mondo, nato dalla Vergine. Avete ascoltato la mia testimonianza, credete alla mia testimonianza, accorrete a lui, nel cui battesimo c'è la remissione dei peccati. Questo Giovanni era stimato di tale autorità, da essere reputato Cristo dal popolo; ma egli rifiutò il falso onore, per poter avere una solida verità.

Non volle vantarsi di ciò che non era, per non essere senza colui che da sempre era.

*Lo sposo è colui al quale appartiene la sposa.*

Io non sono lo sposo. Ma cosa sono? L'amico dello sposo, che esulta alla voce di colui che è lo sposo,

Tamquam dicens, quid vos fallitis? vos ipsi mihi quomodo proposuistis istam quaestionem? Quid mihi dixistis? *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti.* Nostis ergo quale **testimonium** illi perhibui: modo dicturus sum non esse illum quem dixi esse? Ergo quia aliquid accepi de coelo ut aliquid essem, inanem me vultis esse, ut loquar contra veritatem?

*Non potest homo accipere **quidquam**, nisi fuerit illi datum de coelo.*

*Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: **Ego non sum Christus.*** Non es tu Christus: sed quid, si maior illo, quia tu illum baptizasti? *Missus sum:* ego praeco sum, ille iudex est.

**Amicum sponsi audiamus, non adulteros.**

**10.** Et audi testimonium multo vehementius, multo expressius. Videte quid nobiscum agitur; videte quid amare debeamus; videte quia aliquem hominem amare pro Christo, adulterium est. Quare hoc dico? **Attendamus vocem Ioannis: poterat in illo errari, poterat ipse putari qui non erat;**

respuit a se falsum honorem, ut teneat solidam veritatem.

Videte quid dicat Christum, quid se:

*Qui habet sponsam, sponsus est.*

Casti estote, sponsum amate. Quid autem tu es, qui nobis dicitis: *Qui habet sponsam, sponsus est? Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Aderit Dominus Deus noster pro motu cordis mei, multo enim gemitu plenum est, dicere quod doleo: sed obsecro vos per ipsum Christum, ut quod dicere non potuero, vos cogitetis; novi enim dolorem meum exprimi satis digne non posse. Multos enim adulteros video, qui **sponsam** tanto pretio emptam, amatam foedam ut pulchra fieret, illo emptore, illo liberatore, illo decoratore, possidere volunt; et id agunt verbis suis, ut pro **sponso** amentur. De illo dictum est: *Hic est qui baptizat.* Quis huc exit et dicit: Ego baptizo? quis huc exit et dicit: Ego quod dederò, hoc est sanctum? quis huc procedit qui dicit: Bonum est tibi ut nascaris ex me? Amicum sponsi audiamus, non adulteros sponsi: audiamus zelantem, sed non sibi.

**Vestes persecutores non consciderunt, christiani Ecclesiam dividunt.**

**11.** Fratres, regredimini corde ad vestras domos, carnalia loquor, terrena loquor; *humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae.* Multi habetis coniuges, multi habere vultis, multi etsi non vultis, habuistis; multi qui omnino coniuges habere non vultis, de coniugibus patrum vestrorum nati estis: nullum cor est quod non iste tangat affectus; nullus in rebus humanis tam avius a genere humano est, qui quod dico non sentiat. Ponite aliquem peregre profectum, commendasse amico suo **sponsam** suam: Vide, quaeso te, carus meus es, ne forte me absente pro me aliquis ametur. Qualis ergo ille, qui custodiens **sponsam** vel uxorem amici sui, dat quidem operam ut nullus alius ametur, sed si se amari pro amico voluerit, et uti voluerit commendata sibi, quam detestandus universo humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulantius per fenestram attendere aut iocari cum aliquo, prohibet tamquam zelet: video zelantem, sed videam cui; utrum amico absenti, an sibi praesenti. Putate hoc Dominum nostrum Iesum Christum fecisse. Commendavit amico suo sponsam suam, peregre profectus est accipere regnum, sicut dicit ipse in Evangelio, et tamen praesens est maiestate. Fallatur amicus qui trans mare profectus est; et si fallitur, vae illi qui fallit! quid Deum fallere conantur, Deum intuentem omnium corda, et omnium secreta rimantem? Existit aliquis haeticus, et dicit: Ego do, ego sanctifico, ego iustifico, nolo eas ad illam sectam. Bene quidem zelat, sed vide cui. Non eas ad idola, bene zelat: non ad sortilegos, bene zelat. Videamus cui zelat: Ego quod do sanctum est, quia ego do; ego quem baptizo baptizatus est, quem non baptizo non est baptizatus. Audi amicum sponsi, disce zelare amico tuo: audi vocem illius: *Hic est qui baptizat.* Quare tibi vis arrogare quod tuum non est? Usque adeo absens est qui hic reliquit sponsam suam? Nescis quia ille qui a

de quo dicitur: **Rex omnis terrae Deus: et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes**

di cui è detto: *Dio è re di tutta la terra: tutti i re si prostreranno a lui, lo serviranno*

<sup>48</sup> È citazione testuale di G 3, 30: pertanto in italiano viene evidenziata con il corsivo.

<sup>49</sup> Cfr Lc 1, 76.

<sup>50</sup> Gv 1, 23.

<sup>51</sup> Gv 1, 27 Vulg.: "Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est : cuius ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti."; Sabatier in nota: "Ms Corb. [...] *Quoniam post me venit vir, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, &c. [...]* S. Gat. *cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus.* Maj. Mon. *calceamenti ejus.* Ambros. 1. de bened. Patr. c. 4. Col. 519. f. *Post me venit vir, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus: & l. a. in Luc. 1310. c. Post me venit vir, qui ante me factus est [+ altri testimoni ambrosiani]*". Agostino cita e commenta questo versetto nel tractatus 4 §9. La seconda parte del versetto è commentata da Agostino anche in questo stesso tractatus 13, più sopra al § 2 e poco oltre al § 12, evidenziati pari colore. NCEI traduce: "Colui che viene dopo di me: a lui io non sono degno di slegare il laccio del sandalo", secondo VulgN; pertanto provvedo ad integrare con il v. 15 (oppure 30) che contempla anche "qui ante me factus est."

<sup>52</sup> Gv 3, 29.

<sup>53</sup> Cfr v 3, 29. Questi due temi sono ripresi da Agostino poco oltre, al § 12.



*gentes servient ei (Psal. LXXI)*<sup>54</sup>. Ille est sponsus verus; sponsa vero sancta Ecclesia, ex omnibus congregata gentibus, de qua Apostolus ait:

*Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo (II Cor. XI)*<sup>55</sup>.

Virgo est, et sponsum habet, quae quotidie generat, et virgo perpetua manet. Virginitas haec integritas est mentis, charitatis perfectio, unitas catholicae fidei, pacis concordia, castitas in corpore et anima, quia nihil valet corporis castitas sine catholicae fidei integritate. Cujus virginis, id est, universalis Ecclesiae amici sunt praedicatores evangelicae veritatis.<sup>56</sup>

Et ideo dicit iste Joannes:

*Amicus sponsi, qui stat et audit, et gaudet propter vocem sponsi.*<sup>57</sup>

*Stat enim, qui in fide recta permanet, et quod credit praedicat.*

Quare stat? quia non cadit. Quare non cadit? quia humilis est.

Iste praecursor Domini *in solida petra stabat*, dum ait: *Non sum ego Christus, non sum ego sponsus, sed amicus sponsi. Qui gloriam illius quaerit, qui misit eum, merito non cadit, merito stat, merito audit vocem sponsi, et gaudet propter vocem sponsi. Vox ergo sponsi est: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (Matth. XXVIII)*<sup>58</sup>.

*tutte le genti* (Sal 71, 11). Egli è lo sposo vero; la sposa, invero, è la santa Chiesa, radunata da tutte le genti, e della quale l'Apostolo dice:

*vi ho promessi [...] a un unico sposo, per presentarvi a Cristo come vergine casta* (2Cor 11, 2).

È vergine, ed ha uno sposo, e genera quotidianamente, e rimane vergine in perpetuo. Questa verginità è integrità d'animo, perfezione di carità, unità della fede cattolica, concordia della pace, castità nel corpo e nell'anima, perché a nulla vale la castità del corpo senza l'integrità della fede cattolica. Di questa vergine, cioè della Chiesa universale, sono amici i predicatori della verità evangelica. E pertanto Giovanni stesso dice:

*L'amico dello sposo, che è presente e l'ascolta, esulta di gioia alla voce dello sposo.*

È presente, infatti, chi permane nella retta fede, e predica ciò in cui crede.

Perché sta? perché non cade. Perché non cade? perché è umile.

Lo stesso precursore del Signore stava su solida pietra, quando disse: *Non sono io il Cristo, non sono io lo sposo, ma l'amico dello sposo. Chi cerca la gloria di colui che lo ha mandato, a buon diritto non cade, a buon diritto sta, a buon diritto ascolta la voce dello sposo, ed esulta di gioia per la voce dello sposo. E la voce dello sposo è: Andate [...] e fate discepoli tutti i popoli, battezzandoli nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo* (Mt 28, 19).

mortuis resurrexit, ad dexteram Patris sedet? Si contempserunt eum Iudaei in ligno pendentem, tu contemnis in coelo sedentem? Noverit Caritas vestra magnum dolorem me pati de hac re: sed, ut dixi, dimitto caetera cogitationibus vestris. Non enim dico, si loquar tota die; si plangam tota die, non sufficio: non dico, si habeam, sicut dicit propheta, *fontem lacrymarum*; sed si convertar in lacrymas, et lacrymae fiam, in linguas, et linguae fiam, parum est.

**12.** Redeamus, videamus quid dicit iste: *Qui habet sponsam, sponsus est*; non est mea sponsa. Et non gaudes in nuptiis? Imo gaudeo, ait:

*Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudet propter vocem sponsi.*

Non, inquit, gaudeo propter vocem meam, sed propter vocem sponsi gaudeo. Ego sum in audiendo, ille in dicendo: ego sum enim illuminandus, ille lumen; ego sum in aure, ille Verbum. Ergo *amicus sponsi stat et audit eum.*

Quare stat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis est.

*Vide stantem in solido:*

*Non sum dignus corrigiam calceamenti eius solvere.*

Bene te humilias, merito non cadis, merito stas, merito audis eum, et gaudet propter vocem sponsi. Sic et Apostolus amicus sponsi, zelat et ipse, non sibi, sed sponso. Audi vocem zelantis: *Zelo Dei vos zelo, dixit; non meo, non mihi, sed zelo Dei. Unde? quomodo? quam zelas, vel cui zelas?*

*Desponsavi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.*

Quid ergo times? quare zelas? *Timeo, inquit, ne sicut serpens seduxit Evam astutia sua, sic et vestri sensus corrumpantur a castitate quae est in Christo.* Omnis Ecclesia virgo appellata est. Diversa esse membra Ecclesiae, diversis donis pollere videtis atque gaudere: alii coniugati, aliae coniugatae, alii viduati uxores ultra non quaerunt, aliae viduatae maritos ultra non quaerunt, alii integritatem ab ineunte aetate conservant, aliae virginitatem suam Deo voverunt; diversa sunt munera, sed omnes isti una virgo est. Ubi est ista virginitas? non enim in corpore. Paucarum feminarum est, et si dici virginitas in viris potest, paucorum virorum sancta integritas etiam corporis est in Ecclesia, et honorabilius membrum est: alia autem membra non in corpore, sed omnia in mente servant virginitatem. Quae est virginitas mentis? Integra fides, solida spes, sincera caritas. Hanc virginitatem timebat ille, qui zelabat sponso, a serpente corrumpti. Sicut enim membrum corporis violatur in quodam loco, sic seductio linguae violat virginitatem cordis. In mente non corrumpatur, quae non vult sine causa tenere corporis virginitatem.

**13.** Quid ergo dicam, fratres? Et haeretici habent virgines, et multae sunt virgines haeticorum. Videamus si sponsum amant, ut virginitas ista custodiatur. Cui custoditur? *Christo, inquit. Videamus si Christo, non Donato: videamus cui servetur ista virginitas; cito probare poteritis. Ecce ostendo sponsum, quia ipse se ostendit: perhibet illi testimonium Ioannes: Hic est qui baptizat. O tu virgo, si sponso huic servas virginitatem tuam, quare curris ad eum qui dicit: Ego baptizo; cum amicus sponsi tui dicat: Hic est qui baptizat? Deinde sponsus tuus totum orbem tenet; quare tu in parte corrumperis? Quis est sponsus? Quoniam rex omnis terrae Deus. Ipse sponsus tuus totum tenet, quia totum emit. Vide quanti emerit, ut intellegas quid emerit: quod pretium dedit? Sanguinem dedit. Ubi dedit, ubi fudit sanguinem suum? In passione. Nonne sponso tuo cantas, aut cantare te fingis, quando emptus est totus orbis: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea: ipsi vero consideraverunt, et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem?* Sponsa es, agnosce vestem sponsi tui. Super quam vestem missa est sors? Interroga Evangelium; vide cui desponsata sis, vide a quo arrhas accipias. Interroga Evangelium; vide quid tibi dicat in passione Domini. *Erat ibi tunica: videamus qualis: desuper texta. Desuper texta tunica quid significat, nisi caritatem? desuper texta tunica quid significat, nisi unitatem? Hanc tunicam attende, quam nec persecutores Christi diviserunt. Ait enim: Dixerunt inter se: Non dividamus eam, sed sortem super eam**

<sup>54</sup> Sal 71, 10-11 Vulg.: "Reges Tharsis et insulae munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient ei."; in realtà Beda ha fatto un sunto della prima parte servendosi del Sal 46, 8: "quoniam rex omnis terrae Deus, psallite sapienter.". In italiano interpolo i due salmi; NCEI traduce: "Tutti i re si prostrano a lui, lo servano tutte le genti.", ma ritengo opportuno mantenere i verbi al futuro. Il tema è trattato da Agostino in questa omelia al § 3 e ripreso ai § 13 e 14, pari colore

<sup>55</sup> In Agostino questa citazione è proposta in questo tractatus 13 §12, poche righe più avanti, evidenziata pari colore.

<sup>56</sup> Agostino tratta questo stesso argomento al §12 di questo tractatus 13, poche righe più avanti, evidenziate pari colore

<sup>57</sup> Gv 3, 29.

<sup>58</sup> Mt 28, 19 Vulg.: "euntes ergo docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti:".

*mittamus.* Ecce unde audistis Psalmum. Vestem persecutores non consciderunt: christiani Ecclesiam dividunt.

**14.** Sed quid dicam, fratres? Aperte videamus quid emerit. Ibi enim emit, ubi pretium dedit. Pro quanto dedit? Si pro Africa dedit, simus Donatistae, et non appellemur Donatistae, sed Christiani; quia Christus solam Africam emit: quamquam et hic non soli Donatistae. Sed non tacuit in commercio suo quid emerit. Fecit tabulas: Deo gratias, non nos fefellit. Opus est ut audiat illa sponsa, et ibi intellegat cui voverit virginitatem. Ibi in ipso psalmo ubi dictum est: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea;* ubi passio Domini apertissime declaratur: qui psalmus omni anno legitur novissima hebdomada intento universo populo, imminente passione Christi, et apud nos, et apud illos psalmus iste legitur. Intendite, fratres, quid ibi emit; recitentur tabulae commerciales; quid ibi emit, audite: *Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium: quoniam ipsius est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Ecce quid emit. Ecce *quoniam rex omnis terrae Deus* est sponsus tuus. Quid ergo ad pannos vis deduci talem divitem? Agnosce: totum emit, et tu dicis: Partem hic habes. O si placeres sponso, o si non corrupta loquereris, et corrupta, quod peius est, corde, non corpore! Amas hominem pro Christo, amas dicentem: Ego baptizo: amicum sponsi non audis dicentem: *Hic est qui baptizat;* non audis dicentem: *Qui habet sponsam, sponsus est.* Ego non habeo sponsam, dixit: sed quid sum? *Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

**15.** Evidenter ergo, fratres mei, nihil prodest istis servare virginitatem, habere continentiam, eleemosynas dare; omnia illa quae laudantur in Ecclesia, nihil illis prosunt: quia conscindunt unitatem, id est, tunicam illam caritatis. Quid faciunt? Diserti sunt multi inter illos, magnae linguae, flumina linguarum. Numquid angelice loquuntur? Audiant amicum sponsi zelantem sponso, non sibi: *Si linguis hominum loquar et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum ut aeramentum sonans, aut cymbalum tinniens.*

**16.** Sed quid dicunt? Habemus Baptismum. Habes, sed non tuum. Aliud est habere, aliud dominari. Baptismum habes, quia accepisti ut baptizatus sis, accepisti tamquam illuminatus; si tamen a te non tenebratus: et quando das, minister das, non possessor; praeco clamas, non iudex. Per praeconem loquitur iudex, et in actis tamen non scribitur: Praeco dixit; sed: Iudex dixit. Proinde vide si tuum est quod das, potestate. Si autem accepisti, confitere cum amico sponsi: *Non potest homo accipere quidquam, nisi datum fuerit ei de coelo.* Confitere cum amico sponsi: *Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi stat et audit eum.* Sed o si stares et audires eum, et non caderes ut audires te! Audiendo enim eum, stares et audires: nam loqueris, et tibi caput inflas. Ego, inquit Ecclesia, si sponsa sum, si arrhas accepi, si pretio sanguinis illius redempta sum, audio vocem sponsi; et vocem amici sponsi tunc audio, si sponso meo det gloriam, non sibi. Dicat amicus: *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Ecce habes Sacramenta, et ego concedo. Habes formam, sed sarmentum es de vite praecisum; tu formam ostendis, ego radicem quaero: de forma fructus non exit, nisi ubi est radix; ubi autem est radix, nisi in caritate? Et audi formam sarmentorum; Paulus loquatur: *Si sciam, inquit, omnia sacramenta, et habeam omnem prophetiam et omnem fidem (et quantam fidem?), ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.*

**Praeter unitatem, et qui facit miracula nihil est.**

**17.** Nemo ergo vobis fabulas vendat. Et Pontius fecit miraculum; et Donatus oravit, et respondit ei Deus de coelo. Primo, aut falluntur aut fallunt. Postremo, fac illum montes transferre: *Caritatem autem, inquit, non habeam, nihil sum.* Videamus utrum habuerit caritatem. Crederem, si non divisisset unitatem. Nam et contra istos, ut sic loquar, mirabiliariis cautum me fecit Deus meus, dicens: *In novissimis temporibus exsurgent pseudoprophetae, facientes signa et prodigia, ut in errorem inducant, si fieri potest, etiam electos: ecce praedixi vobis.* Ergo cautos nos fecit sponsus, quia et miraculis decipi non debemus. Aliquando enim et desertor terret provincialem; sed utrum in castris sit, et aliquid illi prosit character ille in quo signatus est, hoc attendit qui terreri et seduci non vult. Teneamus ergo unitatem, fratres mei: praeter unitatem, et qui facit miracula nihil est. In unitate enim erat populus Israel, et non faciebat miracula: praeter unitatem erant magi Pharaonis, et faciebant similia Moysi. Populus Israel, ut dixi, non faciebat: qui erant salvi apud Deum; qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitavit mortuum; Simon Magus fecit multa: erant ibi quidam christiani qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon; sed unde gaudebant? Quia nomina eorum erant scripta in coelo. Nam et redeuntibus discipulis,

Confessus est ergo Joannes, sicut **superius** audistis, *quia non sum ego Christus*.<sup>60</sup>

Quia cum discipulos multos faceret Jesus, et perferretur ad eum, veluti ut instigaretur (quasi invidio enim narraverunt: *Ecce ille facit plures discipulos quam tu*<sup>61</sup>), ille confessus est quid esset, et inde meruit ad eum pertinere, quia non est ausus dicere quod est ille. Hoc ergo dixit Joannes: *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de coelo*.<sup>62</sup> Ergo Christus dat, et homo accipit. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi*,<sup>63</sup> non sibi gaudium facit de se.<sup>64</sup> Qui enim vult gaudere de se, tristis erit. Qui autem de Deo vult gaudere, semper gaudebit, quia Deus sempiternus est.

Talem se dixit Joannes, propter vocem sponsi gaudet amicus sponsi, ait, non propter suam vocem, et stat, et audit eum. Si ergo cadit, non audit eum. De illo enim quodam qui cecidit, dictum est: *Et in veritate non stetit* (Joan. VIII); de diabolo dictum est. Ergo stare debet amicus sponsi et audire. Quid est stare? permanere in gratia ejus quam

Giovanni dunqe ha reso testimonianza, come avete udito più sopra, perché *“Non sono io il Cristo”*.

Perché, dato che Gesù faceva molti discepoli e ci si recava da lui, come fosse istigato (infatti dissero, quasi a un invidioso: Ecco, [egli] fa più discepoli [di te]), egli confessò cos’era, e per questo meritò di appartenergli<sup>87</sup>, perché non osò dire che era lui. Giovanni dunque disse ciò: *Nessuno può prendersi qualcosa se non gli è stata data dal cielo*. Dunque Cristo dà, e l'uomo riceve. *Voi stessi mi siete testimoni che io ho detto: “Non sono io il Cristo”, ma: “Sono stato mandato avanti a lui”. Lo sposo è colui al quale appartiene la sposa; ma l'amico dello sposo, che è presente e l'ascolta, esulta di gioia alla voce dello sposo*, non gioisce di sé con se stesso. Chi vuol gioire di sé, sarà triste. Chi invece vuole gioire di Dio, gioirà sempre, perché Dio è sempiterno.

Tale si disse Giovanni: *l'amico dello sposo esulta alla voce dello sposo*, disse, non per la sua; è *presente e l'ascolta*. Se dunque cade, non lo ascolta. Difatti di colui che un tempo cadde, è detto: *e non stava saldo nella verità* (Gv 8, 44); è detto del diavolo. L'amico dello sposo, quindi, deve essere presente e ascoltare. Che significa “stare”?

Dominus noster Iesus Christus propter fidem gentium hoc ait. Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli: *Ecce, Domine, in nomine tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt*. Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini Christi; et tamen quid ait eis? *Nolite in hoc gloriari, quia daemonia vobis subiecta sunt; sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in coelo*. Petrus daemonia exclusit; nescio quae anicula vidua, nescio quis homo qualiscumque laicus habens caritatem, tenens integritatem fidei, non facit hoc: Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus; in eo tamen corpore est, in quo et Petrus; et si minus valet digitus quam oculus, non est tamen praecisus a corpore. Melius est esse digitum et esse in corpore, quam esse oculum et evelli de corpore.

**18.** Proinde, fratres mei, nemo vos fallat, nemo vos seducat: amate pacem Christi, qui pro vobis crucifixus est, cum Deus esset. Paulus dicit: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Et quisquam nostrum dicit quia aliquid est? Si dixerimus quia aliquid sumus, et non illi gloriam dederimus, adulteri sumus; nos amari volumus, non sponsum. Vos Christum diligite, et nos in illo, in quo et vos a nobis diligimini. Invicem se diligant membra, sed omnia sub capite vivant. Dolore quidem, fratres mei, multa coactus sum dicere, et parva dixi: lectionem finire non potui, aderit Dominus ut opportune finiatur. Nolui enim amplius onerare corda vestra, quae volo vacare gemitibus, et orationibus pro his qui adhuc surdi sunt, et non intellegunt.

## TRACTATUS XIV

*Illum oportet crescere, me autem minui* (Io 3, 29-36).

Natus est Christus cum iam inciperent crescere dies, natus est Iohannes quando coeperunt minui dies. Adtestata est ipsa creatura verbis Iohannis dicentis: *Illum oportet crescere, me autem minui*. Crescat ergo in nobis gloria Dei, et minuatur gloria nostra, ut in Deo crescat et nostra.

**1.** Lectio ista de sancto Evangelio excellentiam divinitatis Domini nostri Iesu Christi, et humilitatem hominis qui meruit dici amicus sponsi, nos docet; ut distinguamus quid intersit inter hominem hominem, et hominem Deum. Quia homo Deus Dominus noster Iesus Christus, Deus ante omnia saecula, et homo in nostro saeculo: Deus de Patre, homo de Virgine, unus tamen atque idem Dominus et salvator Iesus Christus, Filius Dei, Deus et homo. Ioannes vero excellentis gratiae missus ante ipsum; illuminatus ab illo qui lumen est. De Ioanne enim dictum est: *Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine*. Potest quidem dici lumen, et bene dicitur et ipse lumen; sed illuminatum, non illuminans. Aliud est enim lumen quod illuminat, et aliud lumen quod illuminatur: nam et oculi nostri lumina dicuntur, et tamen in tenebris patent, et non vident. Lumen autem illuminans a seipso lumen est, et sibi lumen est, et non indiget alio lumine ut lucere possit, sed ipso indigent caetera ut luceant.

**Qui vult gaudere de se, tristis erit.**

**2.** Confessus est ergo Ioannes, sicut audistis,

quia cum discipulos multos faceret Iesus, et perferretur ad eum veluti ut instigaretur; quasi invidio enim narraverunt: Ecce ille facit plures discipulos quam tu: ille confessus est quid esset, et inde meruit ad ipsum pertinere, quia non est ausus se dicere quod est ille. Hoc ergo dixit Ioannes: Non potest homo accipere quidquam, nisi datum illi fuerit de coelo. Ergo Christus dat, homo accipit. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi*. Non sibi gaudium fecit de se. Qui enim vult gaudere de se, tristis erit: qui autem de Deo vult gaudere, semper gaudebit; quia Deus sempiternus est.

Vis habere gaudium sempiternum? Inhaere illi qui sempiternus est.

Talem se dixit Ioannes. *Propter vocem sponsi gaudet amicus sponsi*, ait, non propter vocem suam: et *stat, et audit eum*. Si ergo cadit, non audit eum: de illo enim quodam qui cecidit, dictum est: *Et in veritate non stetit*; de diabolo dictum est. Ergo stare debet amicus sponsi et audire. Quid est stare? Permanere in gratia eius quam accepit.

<sup>60</sup> Gv 3, 28. “quia” non è parte della citazione; perttanto in italiano non viene evidenziato col corsivo.

<sup>61</sup> Per muovere a invidia Giovanni, gli viene detto Gv 3, 26: “Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.”; ma la citazione è una sistemazione in discorso diretto di Gv 4, 1: “Ut ergo cognovit Jesus quia audierunt pharisæi quod Jesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Joannes”.

<sup>62</sup> Gv 3, 27.

<sup>63</sup> Gv 3, 28-29.

<sup>64</sup> Questo passo non è citazione ma interpolazione; pertanto in italiano non viene evidenziato col corsivo.

<sup>87</sup> a Cristo

accepit. Et audit vocem ad quam gaudeat. Sic erat Ioannes: noverat unde gaudebat, non sibi arrogabat quod ipse non erat. Sciebat illuminatum se, non illuminatorem. *Erat enim lumen verum*, ait evangelista, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (Joan. I)<sup>65</sup>. Si omnem, ergo et ipsum Joannem, quia ipse de hominibus erat.

Sequitur. Et dicit Ioannes:

*Hoc ergo gaudium meum impletum est.*<sup>66</sup> Quod est gaudium ipsius? Ut gaudeat ad vocem sponsi.

Multi enim ideo facti sunt insipientes, quia dixerunt se esse sapientes: quos arguit Apostolus in Epistola ad Romanos dicens:

*Existimantes se esse sapientes, stulti facti sunt* (Rom. I)<sup>67</sup>.

Ergo Deus quod dat gratias agentibus, tollit non agentibus. Noluit esse hoc Ioannes, gratus esse voluit: confessus est accepisse se, et gaudere se dixit propter vocem sponsi, et ait: *Hoc ergo gaudium meum impletum est.*

*Illum oportet crescere, me autem minui.*<sup>68</sup> Quid est hoc, *Illum oportet exaltari, me autem humiliari?*

permanere nella sua grazia che ha ricevuto. E ascolta la voce, alla quale esulta. Così era Giovanni: conosceva la fonte della sua gioia, non si arrogava ciò che non era. Si sapeva illuminato, non illuminatore. L'evangelista dice del Signore: *Era la vera luce che illumina ogni uomo che viene in questo mondo* (Gv 1, 9). Se “ogni”, dunque anche lo stesso Giovanni, perché egli faceva parte degli uomini.

Segue. E Giovanni dice:

*Ora questa mia gioia è piena.* Che cosa è la sua gioia? Che esulti alla voce dello sposo.

Molti infatti divennero stolti, proprio perché affermarono di essere sapienti; li rimprovera l'Apostolo Quando nella Lettera ai Romani dice:

*Mentre si dichiaravano sapienti, sono diventati stolti* (Rm 1, 22).

Dunque Dio che dà grazie a chi agisce, toglie a chi non agisce<sup>88</sup>. Giovanni non volle essere così; volle essere grato: testimoniò di aver ricevuto, e disse di esultare alla voce dello sposo, e disse: *Ora questa mia gioia è piena.*

*Lui deve crescere; io, invece, diminuire.* Che significa? Lui deve essere esaltato, io invece umiliato<sup>89</sup>.

Et audit vocem ad quam gaudeat. Sic erat Ioannes: noverat unde gaudebat, non sibi arrogabat quod ipse non erat; sciebat illuminatum se, non illuminatorem. *Erat autem lumen verum*, ait Evangelista, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Si ergo omnem hominem, et ipsum Ioannem; quia et ipse de hominibus.

Etenim quamvis nemo exsurrexerit maior Ioanne in natis mulierum, unus tamen et ipse ex his qui nati sunt ex mulieribus. Numquid comparandus est ei qui, quia voluit, natus est; et ideo novo partu, quia novus natus? Ambae enim generationes Domini inusitatae sunt, et divina et humana: divina non habet matrem, humana non habet patrem. Ergo unus de caeteris Ioannes, sed tamen maioris gratiae, ita ut in natis mulierum nemo exsurgeret maior illo, tantam testificationem tribuit Domino nostro Iesu Christo, ut illum dicat sponsum, se amicum sponsi, non dignum tamen solvere corrigiam calceamenti ipsius. Hinc audivit iam multa Caritas vestra: quod sequitur videamus; aliquantum enim spissum est ad intellegendum. Sed quoniam dicit ipse Ioannes, quia *non potest homo accipere quidquam, nisi datum illi fuerit de coelo*; quidquid non intellexerimus, rogemus eum qui dat de coelo: quia homines sumus, et non possumus accipere quidquam, nisi ille dederit qui homo non est.

3. *Hoc ergo sequitur, et dicit Ioannes:*

*Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Quod est gaudium ipsius? Ut gaudeat ad vocem sponsi.

Impletum est in me, habeo gratiam meam, plus mihi non assumo, ne et quod accepi amittam. Quod est hoc gaudium? *Gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Intellegat ergo homo non se gaudere debere de sapientia sua, sed de sapientia quam accepit a Deo. Nihil plus quaerat, et non amittit quod invenit.

Multi enim ideo facti sunt insipientes, quia dixerunt se esse sapientes. Arguit illos Apostolus,

et dicit de ipsis: *Quia quod notum est Dei, ait, manifestum est illis: Deus enim illis manifestavit.* De quibusdam ingratis, impiis, audite quid dicat: *Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim eius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque virtus eius ac divinitas, ut sint ipsi inexcusabiles.* Quare inexcusabiles? *Quia cognoscentes Deum; non dixit, quia non cognoverunt; cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipientis cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.*

Si enim Deum cognoverant, simul cognoverant quia non eos fecerat sapientes nisi Deus. Non ergo sibi tribuerent quod a se non habebant, sed ei a quo acceperant. Non autem agendo gratias insipientes facti sunt.

Ergo Deus quod dederat gratis, tulit ingratis. Noluit esse hoc Ioannes, gratus esse voluit: confessus est accepisse se, et gaudere se dixit propter vocem sponsi, et ait: *Hoc ergo gaudium meum impletum est.*

4. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Quid est hoc? Illum oportet exaltari, me autem humiliari.

Quomodo crescit Iesus? quomodo crescit Deus? Perfectus non crescit. Deus autem nec crescit, nec minuitur. Si enim crescit, perfectus non est: si minuitur, Deus non est. Iesus autem Deus quomodo crescit? Si ad aetatem, quia dignatus est esse homo, et fuit puer; et cum sit Verbum Dei, infans in praesepi iacuit, et cum ipse matrem suam condiderit, lac infantiae de matre suxit: quia crevit ergo Iesus aetate carnis, ideo forte dictum est: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Sed quare et hoc? Ioannes et Iesus, quod ad carnem pertinet, coevi erant: sex menses inter se habebant, pariter creverant; et si diutius ante mortem Dominus noster Iesus Christus vellet hic esse, et ipsum Ioannem hic secum esse, quomodo pariter creverant, ita pariter senescere poterant: quare ergo: *Illum oportet crescere, me autem minui?* Primo, quia iam et Dominus triginta annorum erat: numquid iuvenis, si iam triginta annorum sit, adhuc crescit? Iam ab ipsa aetate vergere incipiunt homines, et declinare ad graviores aetatem, et inde ad senectutem.

<sup>65</sup> Gv 1, 9: “Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.”. NCEI traduce: “Veniva nel mondo la luce vera, quella che illumina ogni uomo.”, secondo VulgN “Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem, veniens in mundum.”. in italiano adottato una traduzione secondo Vulg.

<sup>66</sup> Gv 3, 29.

<sup>67</sup> Rm 1, 22 Vulg.: “dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.”

<sup>68</sup> Gv 3, 30. In italiano non evidenzio col corsivo la ripetizione che segue in quanto non è citazione ma rielaborazione.

<sup>88</sup> Devo riconoscere che non mi è del tutto facile azzeccare il pensiero di Beda. Ma penso lo si possa intuire rifacendosi all’espressione popolare “ci è o ci fa”: Dio premia chi agisce, chi “è” senza stare a vantarsene, e toglie a chi “non agisce”, a chi presume, a chi “fa finta”.

<sup>89</sup> Non nel senso di “ricevere umiliazioni” ma di “essere fatto umile”.



Magnum hoc Sacramentum est,

antequam veniret Dominus Iesus, homines gloriabantur de se: venit ille homo, ut minueretur hominis gloria, et augetur gloria Dei. Venit ille sine peccato, et invenit omnes cum peccato. Si sic venit ille, ut dimitteret peccata: Deus largiatur, homo confiteatur. Etenim confessio hominis, humilitas hominis; miseratio Dei, altitudo. Si ergo venit ille dimittere peccata, agnoscat homo humilitatem suam, et Deus faciat misericordiam suam. *Illum oportet crescere, me autem minui*. Hoc est, illum oportet dare, me autem accipere. Illum oportet glorificari, me autem confiteri. Intellegat homo gradum suum, et confiteatur Deo, et audiat Apostolum dicentem homini superbienti et elato, et extollere se volenti: *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*<sup>69</sup> Intellegat ergo homo qui accepit, qui volebat suum dicere quod non est ejus, et minuatur. *Bonum est enim illi ut Deus in illo glorificetur, ipse in se minuatur, ut in Deo augeatur* (1 Cor. IV)<sup>70</sup>. Haec testimonia, hanc veritatem etiam passionibus suis significaverunt Christus et Joannes. Nam Joannes capite minutus est,

ut et ibi appareret quid est *Illum oportet crescere, me autem minui*. Hoc est, illum oportet exaltari, me autem humiliari; hoc enim significat et ipsa creatura lucis. Nam Christus natus est diebus *crecidentibus*, Joannes vero decrescentibus, ut ostenderetur quid est Christus, hoc est lumen verum; et quid est Joannes, hoc est illuminatus ab eo. *Crescamus nos in illo, et per illum, ut ille crescat in nobis*, donec perveniamus ad perfectum diem. *Audiamus adhuc quid Joannes de Christo dixerit, vel quid de seipso*. Dicit enim:

*Qui de sursum venit, super omnes est;*

*et qui de terra est, de terra loquitur.*<sup>71</sup> *Qui de sursum venit, super omnes est, id est Christus. Qui autem est de terra, terra est, et de terra loquitur, id est Joannes.*

*Cum ergo de terra loquitur omnis homo, terrenus est; et dum terrena loquitur, de terra loquitur.*

*Qui vero illuminatus est ab eo qui est lumen verum, de divinis loquitur.*

Ergo *sursum* est gratia Dei, *deorsum* natura hominis.

Carnalis carnaliter aestimat, carnaliter suspicatur.

È, questo, un grande mistero:

prima che il Signore Gesù venisse, gli uomini si gloriavano di se stessi; egli venne [come] uomo per ridurre la gloria dell'uomo, e far crescere la gloria di Dio. Egli è venuto senza peccato, e ha trovato tutti col peccato. Ora, se egli è venuto per rimettere i peccati, Dio sarà generoso, ma l'uomo confesserà. E infatti la confessione dell'uomo è umiltà dell'uomo; la misericordia di Dio, elevatezza. Se dunque egli è venuto per rimettere i peccati, l'uomo riconosca la sua umile condizione, e Dio operi la sua misericordia. *Lui deve crescere; io, invece, diminuire*. Cioè, egli deve dare, io invece ricevere. Egli deve essere glorificato, io invece confessarlo. Riconosca l'uomo il suo stato, lo confessi a Dio, e ascolti l'Apostolo che dice all'uomo che insuperbisce, elevato, e che vuole innalzarsi: *Che cosa possiedi che tu non l'abbia ricevuto? E se l'hai ricevuto, perché te ne vanti come se non l'avessi ricevuto?* (1Cor 4, 7). Riconosca dunque l'uomo di aver ricevuto, di aver voluto dire suo ciò che non è suo, e si umili. È bene per lui che Dio sia glorificato in lui, che egli diminuisca in se stesso, per crescere in Dio. Questa testimonianza, questa verità, Cristo e Giovanni hanno affermato anche con le loro passioni. Giovanni infatti è stato privato del capo<sup>90</sup>,

sicché anche lì apparve cosa significhi: *Lui deve crescere; io, invece, diminuire*. Cioè, lui deve essere esaltato, io invece umiliato; questo infatti afferma anche la stessa creatura di luce. infatti Cristo è nato nei giorni crescenti, Giovanni invece nei decrescenti, perché fosse mostrato cosa è Cristo, cioè la luce vera; e cos'è Giovanni, cioè illuminato da quello. Cresciamo dunque in lui, e per lui, perché egli cresca in noi, finché giungiamo al giorno perfetto. Ascoltiamo ancora cos'ha detto Giovanni di Cristo, e cosa di se stesso. Dice infatti:

*Chi viene dall'alto è al di sopra di tutti;*

*ma chi viene dalla terra, [...] parla secondo la terra. Chi viene dall'alto, è al di sopra di tutti, cioè Cristo. Chi invece viene dalla terra, appartiene alla terra e parla secondo la terra, cioè Giovanni.*

Dato dunque che ogni uomo parla di terra, è terreno, e mentre dice cose terrene parla di terra.

Chi invece è illuminato da colui che è la vera luce, parla delle realtà divine.

Dunque la grazia di Dio è in alto, in basso la natura dell'uomo.

[Chi è] carnale giudica carnalmente, pensa carnalmente.

Sed et si pueri essent ambo, non diceret: *Illum oportet crescere, me autem minui*; sed diceret: Simul nos oportet crescere. Nunc autem triginta annorum ille, triginta et ille: sex menses qui intererant, nullam distinguunt aetatem; magis illud invenit lectio quam aspectio.

**Crescat in te Deus.**

**5. Quid ergo est: *Illum oportet crescere, me autem minui*?**

Magnum hoc sacramentum!

intellegat Caritas vestra.

Antequam veniret Dominus Iesus, homines gloriabantur de se: venit ille homo, ut minueretur hominis gloria, et augetur gloria Dei. **Etenim** venit ille sine peccato, et invenit omnes cum peccato. Si sic venit ille ut dimitteret peccata, Deus largiatur, homo confiteatur. Etenim confessio hominis, humilitas hominis: miseratio Dei, altitudo Dei. Si ergo venit ille dimittere **homini** peccata, agnoscat homo humilitatem suam, et Deus faciat misericordiam suam. *Illum oportet crescere, me autem minui*: hoc est, illum oportet dare, me autem accipere; illum oportet glorificari, me autem confiteri. Intellegat homo gradum suum, et confiteatur Deo, et audiat Apostolum dicentem homini superbienti et elato, extollere se volenti: *Quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Intellegat ergo homo quia accepit, qui volebat suum dicere quod non est eius, et minuatur:

bonum est enim illi ut Deus in illo glorificetur. Ipse in se minuatur, ut in Deo augeatur. Haec testimonia et hanc veritatem, etiam passionibus suis significaverunt Christus et Ioannes. Nam Ioannes capite minutus,

Christus in cruce exaltatus;

ut et ibi appareret quid est: *Illum oportet crescere, me autem minui*.

Deinde natus est Christus cum iam inciperent *crescere* dies, natus est Ioannes quando coeperunt *minui* dies. Adtestata est ipsa creatura et ipsae passiones verbis Ioannis dicentis: *Illum oportet crescere, me autem minui*. **Crescat ergo in nobis gloria Dei, et minuatur gloria nostra, ut in Deo crescat et nostra**. Hoc enim dicit Apostolus, hoc dicit Scriptura sancta: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur*. In te vis gloriari? *crescere vis: sed malo tuo male crescis*. Qui enim male *crescit*, iuste *minuitur*. **Crescat ergo Deus qui semper perfectus est, crescat in te**. Quanto enim magis intellegis Deum, et quanto magis capis, videtur in te *crescere* Deus: in se autem non *crescit*, sed semper perfectus est. Intellegebas heri modicum, intellegis hodie amplius, intelleges cras multo amplius: lumen ipsum Dei *crescit* in te; ita velut Deus *crescit*, qui semper perfectus manet. Quemadmodum si curarentur alicuius oculi ex pristina caecitate, et inciperet videre paululum lucis, et alia die plus videret, et tertia die amplius, videretur illi lux *crescere*: lux tamen perfecta est, sive ipse videat, sive non videat. Sic est et interior homo: proficit quidem in Deo, et Deus in illo videtur *crescere*; ipse tamen *minuitur*, ut a gloria sua decidat, et in gloriam Dei surgat.

**6. Et distincte iam et manifeste apparet quod modo audivimus.**

*Qui de sursum venit, supra omnes est.*

**Vide quid dicat de Christo. Quid de se?**

*Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Qui de sursum venit, supra omnes est; Christus est: Qui autem est de terra, de terra est, et de terra loquitur; Ioannes est.*

Et hoc est totum, Ioannes de terra est, et de terra loquitur? totum testimonium quod perhibet de Christo, de terra loquitur? non voces Dei audiuntur a Ioanne, ubi testimonium perhibet de Christo? Quomodo ergo de terra loquitur? Sed de homine dicebat. Quantum ad ipsum hominem pertinet, de terra est, et de terra loquitur:

*si autem aliqua loquitur divina, illuminatus est a Deo. Nam si non esset illuminatus, terra terram loqueretur.*

Ergo *seorsum* est gratia Dei, *seorsum* natura hominis.

Modo naturam hominis interroga: nascitur et crescit, usitata ista hominum discit. Quid novit nisi terram de terra? Humana loquitur, humana novit, humana sapit; carnalis carnaliter aestimat, carnaliter suspicatur:

<sup>69</sup> 1Cor 4, 7.

<sup>70</sup> Ritengo che questo riferimenyo sia stato posizionato in modo errato e si riferisca alla citazione precedente. Non ho trovato corrispondente scritturistico a questo passo, che non è stato segnalato come tale nemmeno nel testo di Agostino. Pertanto in italiano non viene evidenziato col corsivo; inoltre il riferimento viene anticipato.

<sup>71</sup> Gv 3, 31 Vulg.: "Qui desursum venit, supra omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur."

<sup>90</sup> Letteralmente: "viene diminuito del capo".

**Dum venit gratia Dei illuminans hominem, coelestia loquitur, sicut dictum est: *Qui illuminas lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas (Psal. XVII)***<sup>72</sup>,

hoc est, *Illum oportet crescere, me autem minui*. Ergo Joannes, quod ad Joannem pertinet, *de terra est, et de terra loquitur*. Si quid divinum a Joanne audisti, illuminantis est, non recipientis.

*Qui de coelo venit, super omnes est; et quod vidit et audivit, hoc testatur.*

*Et testimonium ejus nemo accipit.*<sup>73</sup> **Quod de coelo venit, super omnes est, Dominus noster Jesus Christus, de quo superius dictum est: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo.***<sup>74</sup> Est autem super omnes; et quod vidit, et audivit, hoc loquitur<sup>75</sup>. Habet enim et Patrem ipse filius Dei,

et audivit a Patre. Et quod audivit a Patre, quid est? quis hoc explicat? Quando lingua mea, quando cor meum sufficere potest, vel cor ad intelligendum, vel lingua ad proferendum? Quid est quod Filius audivit a Patre? Forte Filius est, Verbum Patris audivit. Imo Filius Verbum Patris est.

Cum ergo Verbum Dei filius sit, Filius autem locutus est nobis, non verbum suum, sed verbum Patris se nobis loqui voluit, qui verbum Patris loquebatur. Hoc ergo quomodo decuit et oportuit, dixit Joannes:

*Qui de coelo venit, super omnes est; et quod vidit et audivit,*

Quando viene la grazia di Dio che illumina l'uomo, dice realtà celesti, come è detto: *Signore, tu dai luce alla mia lampada; Dio mio rischiara le mie tenebre (Sal 17, 29)*;

cioè: *Lui deve crescere; io, invece, diminuire*. Giovanni quindi, per quel che riguarda Giovanni, *viene dalla terra, e parla secondo la terra*. Se qualcosa di divino hai ascoltato da Giovanni, è da chi illumina, non da chi riceve.

*Chi viene dal cielo è al di sopra di tutti. Egli attesta ciò che ha visto e udito, eppure nessuno accetta la sua testimonianza. Chi viene dal cielo è al di sopra di tutti, il Signore nostro Gesù Cristo, del quale più sopra è stato detto: *Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell'uomo, che è in cielo.* È al di sopra di tutti; egli dice ciò che ha visto e udito. Anche lo stesso Figlio di Dio, infatti, ha un Padre,*

e ha ascoltato dal Padre. E ciò che ha ascoltato dal Padre, cos'è? chi lo spiega? Quando mai la mia lingua, quando mai il mio cuore può esser capace: il cuore per intendere e la lingua proferire? Cos'è che il Figlio ha ascoltato dal Padre? Forse è Figlio, ha udito il Verbo del Padre. Ma il Figlio è il Verbo del Padre.

Ora siccome il Verbo di Dio è figlio, e il Figlio ci ha parlato, ha voluto dirci non la sua parola, ma la Parola del Padre, lui che diceva la parola del Padre. Dunque Giovanni ha detto questo in modo degno e opportuno:

*Chi viene dal cielo è al di sopra di tutti. Egli attesta ciò che ha visto e udito, eppure*

ecce est totus homo.

**Veniat gratia Dei, illuminet tenebras illius, sicut dicit: *Tu illuminabis lucernam meam, Domine; Deus meus, illumina tenebras meas;***

assumat mentem humanam, convertat ad lucem suam: incipit iam dicere, quod Apostolus dicit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum*; et: *Vivo autem iam non ego, vivit autem in me Christus*.

Hoc est: *Illum oportet crescere, me autem minui*. Ergo Joannes, quod ad Joannem pertinet, de terra est, et de terra loquitur: si quid divinum audisti a Joanne, illuminantis est, non recipientis.

**Cor tuum attende. Quando concipis verbum...**

**7. *Qui de coelo venit, supra omnes est; et quod vidit et audivit, hoc testatur;***

***et testimonium eius nemo accipit. De coelo venit, supra omnes est, Dominus noster Iesus Christus: de quo superius dictum est: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis qui est in coelo.****

Est autem super omnes; *et quod vidit et audivit, hoc loquitur*. Habet enim et Patrem ipse Filius Dei;

habet et Patrem,

et audit a Patre. Et quod audit a Patre quid est? quis hoc explicat? Quando lingua mea, quando cor meum sufficere potest, vel cor ad intellegendum, vel lingua ad proferendum, quid est quod Filius audivit a Patre? Forte Filius Verbum Patris audivit? Imo Filius Verbum Patris est.

Videtur quemadmodum hic fatigetur omnis conatus humanus; videtur quemadmodum hic deficiat omnis coniectura pectoris nostri, et omnis intentio mentis caligantis. Audio dicentem Scripturam quia Filius hoc loquitur, quod audit a Patre; et rursus audio dicentem Scripturam quia ipse Filius Verbum Patris est: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Nos loquimur verba volentia et transeuntia: mox ut sonuerit ore tuo verbum tuum, transit; peragit strepitum suum et transit in silentium. Numquid potes sequi sonum tuum, et tenere ut stet? Cogitatio tamen tua manet, et de ipsa cogitatione manente dicis multa verba transeuntia. Quid dicimus, fratres? Deus cum loqueretur, adhibuit vocem, adhibuit sonos, adhibuit syllabas? Si adhibuit ista, qua lingua locutus est? Hebraea, an graeca, an latina? ibi necessariae linguae, ubi distinctio gentium. Ibi autem nemo potest dicere, illa lingua, vel illa lingua locutum esse Deum. Cor tuum attende. Quando concipis verbum quod dicas: dicam enim, si potero, quod in nobis attendamus, non unde illud comprehendamus: quando ergo concipis verbum quod proferas, rem vis dicere, et ipsa rei conceptio in corde tuo iam verbum est; nondum processit, sed iam natum est in corde, et manet ut procedat: attendis autem ad quem procedat, cum quo loquaris; si Latinus est, vocem latinam quaeris; si Graecus est, verba graeca meditaris; si Punicus est, attendis si nosti linguam punicam; pro diversitate auditorum diversas linguas adhibes, ut proferas verbum conceptum: illud autem quod corde conceperas, nulla lingua tenebatur. Cum ergo Deus loquens, linguam non quaereret, et genus locutionis non assumeret, quomodo auditus est a Filio, cum ipsum Filium sit locutus Deus? Quomodo enim tu verbum quod loqueris, in corde habes, et apud te est, et ipsa conceptio spiritalis est (nam sicut anima tua spiritus est; ita et verbum quod concepisti, spiritus est; nondum enim accepit sonum ut per syllabas dividatur, sed manet in conceptione cordis et in speculo mentis): sic Deus edidit Verbum, hoc est, genuit Filium. Et tu quidem ex tempore gignis verbum etiam in corde: Deus sine tempore genuit Filium, per quem creavit omnia tempora.

Cum ergo Verbum De Filius sit, Filius autem locutus est nobis, non verbum suum, sed Verbum Patris, se nobis loqui voluit, qui Verbum Patris loquebatur. Hoc ergo quomodo decuit, et oportuit, dixit Joannes:

quomodo potuimus, nos exposuimus. Cui ad cor nondum pervenit dignus de tanta re intellectus, habet quo se convertat, habet quo pulset, habet a quo quaerat, habet a quo petat, habet a quo accipiat.

**8. *Qui de coelo venit, supra omnes est: et quod vidit et audivit, hoc testatur; et***

<sup>72</sup> Sal 17, 29 Vulg.: "Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine; Deus meus, illumina tenebras meas." La versione presente in Agostino coincide con la Hebr. di Sabatier. Questo versetto è storicamente parte del pi famoso lucernare del Rito Ambrosiano. NCEI traduce: "Signore, tu dai luce alla mia lampada; il mio Dio rischiara le mie tenebre.", secondo VulgN; il testo italiano viene adeguato a Vulg.

<sup>73</sup> Gv 3, 31-32.

<sup>74</sup> Gv 3, 13. NCEI, seguendo VulgN, non riporta la conclusione; il testo italiano viene adeguato a Vulg.

<sup>75</sup> È citazione di Gv 3, 31-32 Vulg.: "Qui de caelo venit, super omnes est. Et quod vidit, et audivit, hoc testatur." L'italiano viene adeguato per quanto concerne "loquitur".

*illud testatur, et testimonium ejus nemo accipit.*

Si nemo, inquit, accipit, cur ergo Christus venit?

Quoniam

est quidam populus praeparatus ad iram Dei, damnandus cum diabolo. Horum nemo accipit testimonium Christi. Nam si omnino nemo, nullus homo, quid est quod sequitur:

*Qui accipit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est?*<sup>76</sup> Certe ergo nemo, nisi, ut ipse dicis, qui accipit testimonium ejus, signavit, quia Deus verax est.

Respondit ergo fortasse interrogatus Joannes, quasi diceret nobis quid dixerit nemo, est enim quidam populus natus ad iram Dei, et ad hoc praecognitus.

Qui sint enim credituri, et qui non sint credituri, novit Dominus; qui sint perseveraturi in eo quod crediderunt, et qui sint lapsuri, novit Deus; et numerati sunt Deo omnes futuri in vitam aeternam.

Testimonium ejus qui venit de coelo, nemo accipit.

Qui autem accipit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est.

Signavit dixit, hoc est signum ponit in corde suo, quasi singulare et speciale aliquid, hunc esse verum Deum, qui missus est ob salutem humani generis.

Quid est, signavit quia Deus verax est, nisi quia homo mendax est, Deus verax est, quia nemo hominum potest dicere quod veritatis est, nisi illuminetur ab eo qui mentiri non potest? Deus ergo verax, Christus autem Deus. Vis probare?

Accipe testimonium ejus, et invenis: *Qui enim accipit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est.* Quis? Ipse qui de coelo venit, et descendit, super omnes est, Deus verax est.

*Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.*<sup>77</sup> Ipse est Deus verax; ipse est Deus et Dominus noster Jesus Christus, de quo Apostolus ait: *Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege (Galat. IV)*<sup>78</sup>.

*nessuno accetta la sua testimonianza.*

Se nessuno, dice, accetta, perché dunque Cristo è venuto?

Perché

c'è un popolo destinato all'ira di Dio, che sarà dannato col diavolo. Di loro nessuno accoglie la testimonianza di Cristo. Se infatti "nessuno": "nessun uomo", cosa significa quanto segue:

*Chi ne accetta la testimonianza, conferma che Dio è veritiero?* Dunque certo nessuno, se non, come tu dici, *chi accetta la sua testimonianza, conferma che Dio è veritiero.* Dunque Giovanni, se per caso interrogato, risponde quasi dicendoci perché abbia detto "nessuno"; c'è infatti un popolo nato all'ira di Dio, e a ciò preconosciuto. Chi siano quelli che crederanno e quelli che non crederanno, il Signore lo sa; chi sarà perseverante in ciò in cui credette, e chi vacillerà, Dio lo sa; e sono contati da Dio tutti quelli che saranno nella vita eterna;

Nessuno accetta la testimonianza di chi viene dal cielo.

Ma chi ne accetta la testimonianza, conferma che Dio è veritiero.

*Conferma* disse, cioè pone nel suo cuore un sigillo, quasi un che di singolare e speciale: che è vero Dio colui che è stato mandato per la salvezza del genere umano.

Che significa *conferma che Dio è veritiero* se non che l'uomo è menzognero, e Dio è veritiero, perché nessuno degli uomini può dire cosa sia la verità, se non è illuminato da colui che non può mentire? Dio dunque è veritiero, Cristo poi è Dio. Lo vuoi provare? Accetta la sua testimonianza, e scopri: *Chi infatti ne accetta la testimonianza, conferma che Dio è veritiero.* Chi? Quello che viene dal cielo, e discende, è al di sopra di tutti, è Dio veritiero.

*Colui infatti che Dio ha mandato dice le parole di Dio.* Egli è Dio veritiero; egli è Dio e Signore nostro Gesù Cristo, del quale l'Apostolo dice: *Dopo che venne la pienezza del tempo, Dio mandò il suo Figlio, nato da donna, nato sotto la Legge (Gal 4, 4).*

*testimonium ejus nemo accipit.*

Si nemo, utquid venit?

Quorumdam ergo nemo.

Est quidam populus praeparatus ad iram Dei, damnandus cum diabolo: horum nemo accipit testimonium Christi. Nam si omnino nemo, nullus homo; quid est quod sequitur:

*Qui autem accepit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est?* Certe ergo non nemo, si tu ipse dicis: *Qui accepit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est.*

Responderet ergo fortasse Ioannes interrogatus, et diceret: *Novi quid dixerim, nemo.* Est enim quidam populus natus ad iram Dei, et ad hoc praecognitus.

Qui sint enim credituri, et qui non sint credituri, novit Deus; qui sint perseveraturi in eo quod crediderunt, et qui sint lapsuri, novit Deus: et numerati sunt Deo omnes futuri in vitam aeternam;

et novit iam illum populum distinctum. Et si ipse novit, et Prophetis dedit nosse per Spiritum suum, dedit et Ioanni. Attendebat ergo Ioannes, non oculo suo; nam quantum ad ipsum pertinet, terra est, et de terra loquitur: sed in ea gratia Spiritus, quam accepit a Deo, vidit quemdam populum impium, infidelem; attendens illum in infidelitate sua, ait:

*Testimonium ejus qui venit de coelo, nemo accipit.*

Quorum nemo? Eorum qui ad sinistram futuri sunt, eorum quibus dicitur: *Ite in ignem aeternum qui praeparatus est diabolo et angelis ejus.* Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexteram futuri sunt, illi quibus dicitur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Attendit ergo in spiritu divisionem, in genere autem humano commixtionem; et quod nondum locis separatum est, separavit intellectu, separavit cordis aspectu; et vidit duos populos, fidelium et infidelium: attendit infideles, et ait: *Qui de coelo venit, supra omnes est: et quod vidit et audivit, hoc testatur; et testimonium ejus nemo accipit.* Deinde transtulit se a sinistra, et aspexit ad dexteram, et secutus ait:

*Qui accepit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est.*

Quid est, signavit quia Deus verax est, nisi, homo mendax est, et Deus verax est?

Quia nemo hominum potest dicere quod veritatis est, nisi illuminetur ab eo qui mentiri non potest. Deus ergo verax, Christus autem Deus. Vis probare?

Accipe testimonium ejus, et invenis: *Qui enim accepit testimonium ejus, signavit quia Deus verax est.* Quis? Ipse qui de coelo venit et supra omnes est, Deus verax est.

Sed si nondum illum intellegis Deum, nondum accepisti testimonium ejus: accipe, et signas, praesumentem intellegis, definientem agnoscis quia Deus verax est.

**Pax unitatis in Trinitate.**

**9. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.** Ipse est Deus verax, et misit illum Deus: Deus misit Deum. Iunge ambos, unus Deus, Deus verax missus a Deo. De singulis interroga, Deus: et de ambobus interroga, Deus. Non singuli Deus et ambo dii, sed singulus quisque Deus et ambo Deus. Tanta enim ibi est caritas Spiritus sancti, tanta pax unitatis, ut de singulis cum interrogatur, Deus tibi respondeatur; de Trinitate cum interrogatur, Deus tibi respondeatur. Si enim spiritus hominis quando inhaeret Deo unus spiritus est, aperte Apostolo dicente: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est;* quanto magis Filius aequalis adhaerens Patri simul cum illo unus Deus est? Audite alterum testimonium. Nostis quam multi crediderunt, quando omnia quae habebant, ad pedes Apostolorum vendita posuerunt, ut distribuere unicuique sicut opus erat: et de illa congregatione sanctorum quid dicit Scriptura? *Erat illis anima una et cor unum in Domino.* Si caritas de tot animis fecit animam unam, et de tot cordibus fecit cor unum, quanta est caritas inter Patrem et Filium? Maior utique potest esse quam inter illos homines quibus erat cor unum. Si ergo multorum fratrum cor unum propter caritatem, et multorum fratrum anima una propter caritatem; Deus Pater et Deus Filius, dicturus es quia duo sunt? Si duo dii sunt, non est ibi summa caritas. Si enim hic tanta caritas est, ut animam tuam et animam amici tui unam animam faciat; quomodo ibi non est unus Deus Pater et Filius? Absit ut hoc sentiat fides non ficta. Prorsus quantum

<sup>76</sup> Gv 3, 33 Vulg.: "Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est."; VL: "Qui accipit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est."

<sup>77</sup> Gv 3, 34.

<sup>78</sup> Gal 4, 4 Vulg.: "At ubi venit plenitudo temporis, ..."; VL "Postquam vero venit plenitudo temporum, ...". L'italiano viene adeguato a VL.



*Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.*<sup>79</sup> Hoc utique de Christo dicebat, ut se ab illo distingueret. Quid enim? Joannem nonne Deus misit? An non ipse dixit: *Missus sum ante eum*?<sup>80</sup> et: *Qui me misit baptizare in aqua* (Joan. I). *Et de illo dictum est: Ecce mitto angelum meum ante te, et praeparabit viam tuam* (Malach. III)<sup>81</sup>. Nonne et ipse verba Dei loquitur, de quo etiam dictum est quod sit amplius quam propheta (Matth. XII)<sup>82</sup>? Si ergo et ipsum Dominus misit, et verba Dei loquitur, quomodo ad distinctionem de Christo eum dixisse accipimus: *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur*? Sed vide quid adjungat.

*Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.*<sup>83</sup>

Audi Apostolum dicentem: *Secundum mensuram donationis Christi* (Ephes. IV). Hominibus ad mensuram dat, unico filio non dat ad mensuram. Quomodo hominibus ad mensuram? *Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii prophetia, alii iudicatio spirituum, alii genera linguarum, alii dona curationum* (I Cor. XII)<sup>84</sup>.

Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes dona habent sanitatum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?<sup>85</sup> Aliud habet ille, aliud iste; et quod habet iste, non habet ille. Mensura est, divisio quaedam donorum est. Ergo hominibus mensura datur et concordia, ubi unum corpus facit. Quomodo aliud accipit manus ut operetur, aliud oculus ut videat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambulet: anima tamen una est, quae agit omnia; in manu ut operetur, in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut videat; sic sunt etiam diversa dona fidelium, tanquam membris ad mensuram cuique propria distributa. Sed Christus, qui dat, non ad mensuram accipit.

Audi enim adhuc quod sequitur, quia de Filio dixerat.

*Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus.*<sup>86</sup>

Ut nosset et hic quam distincte dictum est *Pater diligit Filium*.

Quare enim? Pater non diligit Joannem? et tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater non diligit Paulum? et tamen non omnia dedit in manu ejus.

*Pater diligit Filium*, sed quomodo Pater Filium, non quomodo dominus servum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Itaque *omnia dedit in manu ejus*. Quid est omnia. Ut tantum sit Filius, quantus est Pater.

*Colui infatti che Dio ha mandato dice le parole di Dio.* Certamente diceva questo di Cristo, per distinguersi da lui. Cosa infatti? Forse che Dio non mandò Giovanni? Non disse forse egli stesso: *Sono stato mandato avanti a lui?* e: *colui che mi ha inviato a battezzare nell'acqua* (Gv 1, 33). *Egli è colui del quale sta scritto: Ecco, dinanzi a te io mando il mio messaggero, [...] egli preparerà la tua via* (Mt 11-10). Non parla forse anche lui il linguaggio di Dio; lui di cui è detto anche che era più che un profeta (Mt 11, 9)? Se dunque il Signore ha mandato anche lui, e [anch'egli] parla il linguaggio di Dio, come recepiamo la distinzione che egli ha detto di Cristo: *Colui infatti che Dio ha mandato dice le parole di Dio?* Ma guarda che cosa aggiunge:

*senza misura [Dio] dà lo Spirito.*

Ascolta l'Apostolo che dice: *secondo la misura del dono di Cristo* (Ef 4, 7). Agli uomini concede con misura, al suo unico figlio non concede con misura. In che modo concede agli uomini con misura? *A uno infatti, per mezzo dello Spirito, viene dato il linguaggio di sapienza; a un altro invece, dallo stesso Spirito, il linguaggio di conoscenza; a uno, nello stesso Spirito, la fede; a un altro [...] la profezia; a un altro il dono di discernere gli spiriti; a un altro la varietà delle lingue; a un altro il dono delle guarigioni;* (1Cor 12, 8-10).

*Sono forse tutti [...] profeti? Tutti maestri? Tutti fanno miracoli? Tutti possiedono il dono delle guarigioni? Tutti parlano lingue? Tutti le interpretano?* Uno ha quello, un altro ha questo; e ciò che ha questo, non l'ha quello. C'è una misura, una certa divisione di doni. Agli uomini, dunque, viene dato con misura e concordia, così che fa un solo corpo. Come la mano riceve di che operare, l'occhio di che vedere, l'orecchio di che udire, il piede di che camminare; e tuttavia è una sola l'anima che gestisce tutto: nella mano perché agisca, nel piede perché cammini, nell'orecchio perché oda, nell'occhio perché veda; così, diversi sono pure i doni dei fedeli, distribuiti come a membra nella misura propria a ciascuno. Ma Cristo, che dona, non riceve a misura.

Ascolta ancora infatti ciò che segue, perché ha detto del Figlio.

*Senza misura [Dio] dà lo Spirito. Il Padre ama il Figlio e gli ha dato in mano ogni cosa.*

Affinché anche qui tu abbia a notare con che specificità viene detto: *Il Padre ama il Figlio*. Infatti, perché? Il Padre non ama Giovanni? e tuttavia non gli ha dato in mano ogni cosa. Il Padre non ama Paolo? e tuttavia, non gli ha dato in mano ogni cosa. *Il Padre ama il Figlio*, ma come il Padre il Figlio, non come un padrone il servo; come unico, non come figlio adottato. Per questo *gli ha dato in mano ogni cosa*. Cosa significa *ogni cosa*? Che il Figlio è tanto, quanto il Padre è.

excellat caritas illa, hinc intellegite. Multae animae sunt multorum hominum, et si se diligunt, una anima est; sed possunt dici et multae animae, possunt in hominibus, quia non est tanta coniunctio: ibi autem, unum Deum licet dicas; duos aut tres deos non licet dicas. Hinc tibi commendatur supereminentia et summitas caritatis tanta, ut maior esse non possit.

**10.** *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.* Hoc utique de Christo dicebat, ut se ab illo distingueret. Quid enim? ipsum Ioannem nonne Deus misit?

An non ipse dixit: *Missus sum ante eum*, et: *Qui me misit baptizare in aqua*:

et de illo dictum est: *Ecce mitto angelum meum ante te, et praeparabit viam tuam*? Nonne et ipse verba Dei loquitur, de quo etiam dictum est quod sit amplius quam propheta?

Si ergo et ipsum Deus misit, et verba Dei loquitur;

quomodo ad distinctionem, de Christo eum dixisse accipimus: *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur*? Sed vide quid adiungat:

*Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.*

Quid est hoc: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum*? Invenimus quia ad mensuram dat Deus Spiritum.

Audi Apostolum dicentem: *Secundum mensuram donationis Christi.*

Hominibus ad mensuram dat, unico Filio non dat ad mensuram. Quomodo hominibus ad mensuram? *Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiae;*

*alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum;*

*alii fides in eodem Spiritu, alii prophetia, alii diiudicatio spirituum,*

*alii genera linguarum, alii donatio curationum.*

*Numquid omnes apostoli?*

*numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes dona habent sanitatum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?*

Aliud habet iste, aliud ille; et quod habet ille, non habet iste: mensura est, divisio quaedam donorum est. Ergo hominibus ad mensuram datur, et concordia ibi unum corpus facit. Quomodo aliud accipit manus ut operetur, aliud oculus ut videat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambulet; anima tamen una est quae agit omnia, in manu ut operetur, in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut videat: sic sunt etiam diversa dona fidelium, tamquam membris ad mensuram cuique propriam distributa. Sed Christus qui dat, non ad mensuram accipit.

**Pater mittens Filium, se alterum misit.**

**11.** Audi enim adhuc quid sequitur; quia de Filio dixerat:

*Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum: Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu eius.*

Adiecit: *Omnia dedit in manu eius,*

ut nosset et hic qua distinctione dictum sit: *Pater diligit Filium.*

Quare enim? Pater non diligit Ioannem? et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit Paulum? et tamen non omnia dedit in manu eius.

*Pater diligit Filium*: sed quomodo Pater Filium, non quomodo dominus servum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Itaque *omnia dedit in manu eius*. Quid est, *omnia*? Ut tantus sit Filius, quantus est Pater.

Ad aequalitatem enim sibi genuit eum, cui rapina non esset in forma Dei esse aequalem Deo. *Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu eius*. Ergo cum ad nos dignatus est mittere Filium, non putemus aliquid minus nobis missum quam est Pater. Pater mittens Filium, se alterum misit.

**12.** Namque putantes adhuc discipuli quia Pater aliquid maius est quam Filius, videntes carnem et non intellegentes divinitatem, dixerunt ei: *Domine, ostende nobis Patrem, et*

<sup>79</sup> Gv 3, 34.

<sup>80</sup> Gv 3, 28.

<sup>81</sup> In realtà, se si comincia da “Et de illo ...” la citazione è da Mt 11, 10 Vulg.: “Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, et praeparabit viam tuam ante te.”; in essa è ripreso il versetto Mt 3, 1 Vulg.: “Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam.”. In italiano indico il riferimento da Mt.

<sup>82</sup> In realtà Mt 11, 9.

<sup>83</sup> Gv 3, 34.

<sup>84</sup> 1Cor12, 8-10 Vulg.: “Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae : alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu : alii gratia sanitatum in uno Spiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.”. In italiano la traduzione viene adeguata al testo.

<sup>85</sup> In realtà anche questa è citazione testuale di 1Cor 12, 29-30 Vulg.: “numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?”; Sabatier in nota: “Hieronymus dial. 1, contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. b. [...] *numquid omnes donationes habent sanitatum?* [...] Augustinus tract. 14. In Joh. [...] similiter in Ps. 32.”. In italiano viene evidenziato col corsivo.

<sup>86</sup> Gv 3, 34-35.

*sufficit nobis.* Tamquam dicerent: Iam novimus te, et benedicimus te, quia novimus te: gratias enim tibi agimus, quia ostendisti te nobis; sed Patrem nondum novimus: propterea cor nostrum ardet, et satagit concupiscentia quadam sancta videndi Patris tui qui te misit; ipsum nobis ostende, et nihil amplius a te desiderabimus: sufficit enim nobis cum ille fuerit demonstratus, quo maior esse nemo potest. Bona concupiscentia, bonum desiderium; sed parvus intellectus. Attendens enim ipse Dominus Iesus parvos magna quaerentes, et se ipsum magnum inter parvos, et parvum inter parvos, ait Philippo qui hoc dixerat, uni ex discipulis: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe?* Posset hic Philippus respondere: Cognovimus te; sed numquid diximus tibi: Ostende nobis te? Te cognovimus, sed Patrem quaerimus. Subiecit statim: *Qui me vidit, vidit et Patrem.* Si ergo aequalis Patri missus est, non eum aestimemus ex infirmitate carnis, sed cogitemus maiestatem indutam carne, non oppressam carne. Manens enim Deus apud Patrem, apud homines factus est homo, ut tu per illum qui ad te factus est homo, fieres talis qualis capit Deum. Non enim homo poterat capere Deum: videre poterat homo hominem, capere Deum non poterat. Unde non poterat capere Deum? Quia oculum cordis unde caperet, non habebat. Erat ergo aliquid intus saucium, et aliquid foris sanum: corporis oculos habebat sanos, cordis oculos habebat saucios. Factus est ille homo ad corporis oculos; ut credens in eum qui videri corporaliter potuit, curareris ad eum ipsum videndum quem spiritaliter videre non poteras. *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? Qui me vidit, vidit et Patrem.* Quare illi non illum videbant? Ecce videbant illum, et Patrem non videbant: videbant carnem, sed maiestas latebat. Quod videbant discipuli qui amaverunt, viderunt et Iudaei qui crucifixerunt. Intus ergo erat totus ille, et sic intus in carne, ut apud Patrem maneret: non enim deseruit Patrem quando venit ad carnem.

**13.** Carnalis cogitatio non capit quod dico: differat intellectum, et incipiat a fide; audiat quod sequitur: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Non dixit, ira Dei venit ad eum; sed, *ira Dei manet super eum.* Omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram Dei. Quam iram Dei? Quam accepit primus Adam. Si enim peccavit primus homo, et audivit: *Morte morieris;* factus est mortalis ille, et coepimus nasci mortales; cum ira Dei nati sumus. Venit inde Filius non habens peccatum, et indutus est carne, indutus est mortalitate. Si ille nobiscum communicavit iram Dei, nos pigri sumus cum illo communicare gratiam Dei? Qui ergo non vult credere in Filium, *ira Dei manet super eum.* Quae ira Dei? De qua dicit Apostolus: *Fuimus et nos natura filii irae sicut et caeteri.* Omnes ergo filii irae; quia de maledicto mortis venientes. Crede in Christum factum pro te mortalem, ut illum capias immortalem: quando enim ceperis eius immortalitatem, nec tu eris mortalis. Vivebat, moriebaris: mortuus est, ut vivas. Attulit gratiam Dei, abstulit iram Dei. Deus vicit mortem, ne mors vinceret hominem.